[illegible] daust zu der twis

Si deus est animo nobis ut carmina dicunt

III

O maria membra mea benedicat virgo maria

O maria pia sis mecum semper in via

O maria dat dominus non habet

O maria pia sis mecum semper in via

[illegible] [illegible] [illegible]

Marinus Scolasticus

Ihūs Maria

V

Homo accedens ad scientiam dei sive in ipsius creatione et ipsius animam tam in comparatione corporis quam deo et in se ipsa. Capitulum secundum.

Summa trinitas pater et filius et spiritus sanctus unus omnipotens deus sicut divinitatis et bonitatis inexhauste, dulcedinis et caritatis ineffabilis que in ipso est et que est volens communicare aliis et esse participes fecit creaturam rationalem que se ipsum scilicet summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo beata esset. Fecit ergo deus primum hominem formando corpus eius de limo terre et inspirando in faciem eius spiraculum vite hoc est animam quam secundum similitudinem suam creavit, qua secundum animam factus est homo ad ymaginem dei in naturalibus et ad similitudinem in gratuitis. De quo dicit glossa super illud psalmi: Et sit splendor domini dei super nos, ymago similitudinis ad quam factus est, est trinitatis, ad cuius similitudinem factus est non patris tantum vel filii vel spiritus sancti, sed totius trinitatis. Per memoriam similis patri, per intellectum filio, per dilectionem sive voluntatem spiritui sancto. Per hanc trinitatem creatam similis est homo increate trinitati. De hoc etiam dicit beatus Augustinus: Per memoriam patri similes sumus, per intelligentiam filio, per dilectionem spiritui sancto. Nihil in nobis verius simile est quam voluntas sive amor vel dilectio. Dedit etiam deus tale corpus primo homini quod anime esset subiectum, ut esset etiam obtemperans sine rebellione, ut esset vegetabile sine mortalitate; esset quoque anime conforme, ut sicut anima erat innocens et tamen poterat peccare, sic corpus esset impassibile et tamen posset mori, habilitate moriendi, et ideo poterat mori et non mori; poterat habere sufficientiam et nutrimentum generationis, poterat obtemperare et rebellare. Et hoc fuit a deo ne destitueretur omnino antequam per gratiam confirmaretur. Fecit tamen corpus eius ita conditum ut in eo nulla esset pugna rebellionis, nulla pruritus libidinis, nulla diminutio vigoris, nulla corruptio mortis. Habebat enim immortalitatem, que fuit ab anima sicut ab influente, a corporis equali dispositione sicut disponente, a ligno autem vite sicut adiuvante, a regimine vero divine providentie sicut ab intimis protegente. Preterea etiam homo absque omni culpa et miseria, non ad culpam habuit fomitem incitamentum. Insuper dotatus fuit et quadruplici adiutorio. Unum est ad bene volendum, quod est conscientia. Secundum est adiutorium naturale consonum et stimulans ad bonum, hoc est synderesis. Tertium fuit scientia illuminans intellectum ad cognoscendum scripturam dei super omnia. Quartum fuit caritas accendens affectum ad diligendum deum super omnia et proximum sicut se ipsum. Notitiam creatoris dei habuit eius primitiam quidem in interiori aspiratione contemplabatur, non tamen ita excellenter ut in patria, nec ita in enigmate ut in via nostro. In qua contemplatione summe in deo delectabatur et per consequens confirmabatur priusquam compleret hominem in statum.

innocencie permansisset vnus-
que gloriam translatus fuisset. Duplex
quippe bonum illi deus preparat, vnum
temporale aliud eternum, primum dedit,
secundum promisit. Ideo duplex precep-
tum homo primus habuit, vnum ne-
cessarium custodiendum bonum datum,
aliud discipline ad promerendum
bonum promissum, et hoc non poterat
mereri nisi per preceptum obe-
diencie. Ex statu scilicet felicitatis
videlicet innocencie nostri parentes
primi per inobedienciam perdiderunt
et omnes posteros suos hoc est omne
genus humanum ad miseriam miserie
perduxerunt. Invidens enim dyabolus
felicitati hominis in persona serpentis
primam mulierem tamquam fragiliorem
aggreditur temptandam. Et
cum interrogacione dubitative incepit
inferens fortius et vincentes eam
cum vidit illam inclinatam decepit.
Processit gradatim primo querendo cur
precepit nobis deus etc. Secundo
asserendo nequaquam moriemini.
Tercio promittendo. Eritis sicut
dii scientes bonum et malum. Pro-
cessus iste fuit maxime vsitatus
quia processit experiendo imple-
do et alliciendo. Experienciam eius
docet accepit in interrogacione,
impulit in assercione, allexit in
promissione. Allexit enim dyabolus
mulierem per triplex appetibile
scilicet primum quod est appetibile
racionis per excellenciam ad modum
dei, quod est appetibile irascibi-
lis, pulchritudine ligni quod est
appetibile concupiscibilis. Igitur
peccaverunt quando lignum vetitum
gustaverunt. Unde et penam accepe-
runt in singulis vltra sui prime
sua desererent. Mulier ante in

duobus peccavit, nam superbivit
et vetitum comedit. Unde et du-
plicem maledictionem habet scilicet sub
viri potestate eius et hoc propter primum.
Item in dolore paries propter secundum.
Deinde adam et eva propter peccatum
de paradyso expulsi sunt sicut luci-
fer de celo et in hac valle miserie
habitantes facti sunt mortales. Re-
cidit enim homo miserabiliter a statu inno-
cencie et gracie in statum culpe et mi-
serie, propter hoc eciam est quod omnes
nascimur nature filii ire quia
privati vastitudine originalis ius-
ticie quam primi parentes nobis
culpam originalem. Propter cuius
absenciam incurrimus quantum ad
animam quadruplicem penam
scilicet infirmitatem ignoranciam mali-
ciam et concupiscenciam. Ad quas
inflicti sunt propter originale pec-
catum quas sine peccatis con-
traximus in corpore multos labores,
multos morbos, multos dolores.
Ad hec quoque penas subiacent
penam mortis et in merito omnes
penam carencie visionis dei et
amissionis glorie celestis.

Videns autem piissimus et mi-
sericordissimus deus hominem
quem ad sui ymaginis similitudinem for-
maverat a statu innocencie tam
felici propter peccatum inobediencie re-
cidisse commota sunt omnia viscera
eius super eum. Et cogita-
bat cogitaciones pacis et re-
dempcionis quo posset genus
humanum quod cecidit ad statum pristi-
num reformare. Hec inter miseri-
cordiam, veritatem et iusticiam de quibus
dicit ps. Iusticia tua iusticia in seculum et
lex tua veritas, cont-
endebant asserentes quod natura
humana que per delictum inobediencie

fuerat sauciata iuste esse damp-
natum non deberet reclamare Au-
diens hec pax dei que exsuperat
omnem sensum, et misericordia dei de
qua dicit psalmista misericordia domini
plena est terra, compacientes homi-
ni lapso et ipsius culpam dampnatio-
nis causa sibi assumpserunt
et in conspectu altissimi eam ob-
tulerunt, obsecrantes et sum-
mittentes eius picturae ut suum
~~[illegible]~~ plasma quod sibi ad laudem
et honorem creavit in eternum perire
non permitteret. Veritas cum autem iusticia
hec reclamabat et iusticia prohibe-
bat dicentes quod ille homo qui
sponte peccatum cecidit non de-
bet aliquando ad salutem sublevari
audiens hec divina bonitas quod propter
hominem inter se sit discrepancie
placuit sue summe clementie per
[illegible] divine sedare discor-
diam in [illegible] quam multi. Facta est
quia ut hec convenire et deceret sicut
sapienti sunt opus consilio. Unde
ipse qui sapientiam suam hic est fi-
lius suus decrevit recompensare, que
sapiencia cum consilium admodum ut
ipsa personam suam humanam se-
cum vestiret et innocens pro eo
plasti periculo assumpto a se
hominem in ordinem morti
obiceret, sed latente deitate mor-
te [illegible] mortem alligaret
et sic moriendo quod debitum homo
veritati et iusticie solveret et resur-
gendo [illegible] humo [illegible]
mortem [illegible] perpetuaret. E-
rit sic omnes asserunt. Sed veritas
et iusticia pax et misericordia et accepta
satisfactione veritas et iusticia, quia
et veritas sibi obviaverunt, iusticia
et pax se osculate sunt. Cum
ergo venit plenitudo temporis
quo clementia dei patris homi-

recuperare disposuit missus est
Gabriel archangelus occulti con-
silii baiulus ad virginem desponsa-
tam cui respositum sunt hec
testante Zacharia dicens. Ave gratia
plena dominus tecum. Ad hanc bene-
dictionem eius vidit sunt
mente secundum verbum tuum [illegible]
rationem intrans et virginalem
thalamum ingreditur. Virginis
quippe sunt alvum patris filius
dei orbis conditor atque creator
virginali utero sensus per [illegible]
coniunxit [illegible]
et homo [illegible] conditor
mundi, et secundum [illegible]
Baruch iii. Post hec in terris
visus est et cum hominibus con-
versatus est. Et sic per verbum incarnatum
factum est humanum genus reparatum, non
quia aliter salvari non poterat
sed quia nullus modus alius
ita congruus fuit ipsi reparatori
et reparabili et reparationi. Congrue-
bat enim iste modus reparatori
per que decebat ut suam po-
tentiam, sapientiam et bonitatem.
Quia ad potentiam pertinebat con-
iungere extrema summe distantia que
est creatorem et creaturam
Quod vero sapientiam pertinet quod
ad perfectionem totius universi facit
coniungere primum et ultimum hoc est
verbum dei quod est omnium principium
et humane nature que in operibus
sex dierum fuit ultima omnium
creaturarum. Quia ad vero bonitatis
pertinet quod creator [illegible] re-
munerare se voluit verbum caro
factus est. Item iste modus congru-
entissimus fuit ipsi reparabili quia
homo per peccatum corruit ~~[illegible]~~
in infirmitatem et ignoranciam
et maliciam, per quod impotens
factus est ad veniam divinam

imitandum et ad veritatem cognoscendam
et ad bonitatem diligendam.
Ideo deus factus est homo per quod
se reddidit homini imitabilem et
cognoscibilem et amabilem. Fuit
similiter iste modus congruentissimus
ad reparationem quo deus in forma
sui perveniret salutem suam.

Sunt et alie rationes quare fuit
congruentius deum incarnari.
Prima quia immediate abstulit
nobis. Secunda congruens fuit ut re-
parator redderet nobis deum. Secunda
quia humilitas decuit deum sed non
potuit humiliari usque adeo nisi in
natura divina; oportuit ergo quod indueret
naturam. Tercia ut esset humilitas tanta
in redemptione quanta fuit superbia
in prevaricatione, quia fuit tanta
ut homo vellet esse ut deus.
Unde humilitas tanta debuit esse
ut deus fieret homo. Et nota
quod quamvis opera trinitatis sint indi-
visa ita quod quicquid operatur una
persona operetur et alia, tamen
solus filius suscepit carnem et
non pater vel spiritus sanctus, quia ad
solum ipsum pertinet caro. Et hic
filius suscepit carnem et non tamen
deseruit patrem. Unde se divisit a patre;
suscepit magnum filius carnem
et imperator et tamen a patre et
spiritus sancti non deseruit maiestate
indivisibilitatis equalitatis, moriente
sola filii persona, non autem ab
eo patris aut spiritus sancti recessit
aliqua divinitas. Cum ergo una
sit divinitas, una divinitas,
implevit quidem carnem Christi
pater et spiritus sanctus, sed maiestate
non susceptione. Sicut celum et
terram implet pater, implet spiritus
sanctus, carnem Christi deserere non
potuerunt quando indivisibilitatis
unitate manserunt, dicatur.

est etiam quod opus incarnationis
quod attribuitur patri ut ibi Gal. iv:
Sicut plenitudo temporis misit
deus filium suum. Quandoque attribuitur
filio ut ibi Phil. ii: semetipsum exinanivit et venit
in mundum. Quandoque attribuitur
spiritui sancto ut ibi in symbolo: Qui
conceptus est de spiritu sancto. Et
ideo dicit dominus quia opus incar-
nationis fuit maxime potentie
et sapientie et bonitatis que tribus
personis attribuitur. Sunt autem
plures rationes quare filius in-
carnatus fuit et non pater et spiritus
sanctus. Prima ut per quod sapientiam
qua mundum condiderat repara-
ret sicut. Secunda ut qui filius est in
deitate esset et filius in humani-
tate ut patris esset nos ordina-
turus. Unde Joh. iii: Sic deus
dilexit mundum ut filium suum
unigenitum daret. Tercia quia
nullum decet magis reducere
hominem ad divinam cognitionem
quam verbum quo se pater declarat,
quod est visibile carni sicut verbum
vocis. Quarta quia nullum magis
decet reducere hominem ad filia-
tionem ad eternam quam filium naturale.
Et quamvis filius dei humanam
assumpserit carnem non tamen
se divisit a patre, sed totus et in-
teger manebat apud patrem,
integer et indivisibilis in humano
adveniens corpore. Non enim quasi
unigeniti dicant in corpore nec
ipse se divisit, nec dimidius
apud patrem et dimidius esset
in virgine, sed totus apud patrem
et totus in virgine, totus in
sinu patris, totus in humano
corpore, non relinquens superna
regnat quere terram, que in
celis sunt firmans, et que in
terris sunt salvans. Ubique corpore.

ubique totus, et in celo et in terra et apud patrem et in virgine. Non tamen dicimus eum quod in sua reparatione descendit ut fieret conspicuum [illegible] sed triplici ratione, scilicet divina, angelica et humana. Unde ministerio incarnationis fuit cooperans angeli nunciantis et virginis concipientis, et verbum dei carnem assumentis. Cum non filius dei in mundum mittitur non fit loci mutacio sed nature humane assumptio. Quia Christus mitti est esse ubi prius fuit sed aliter ibi esse quam prius fuit, et hec alteratio non est ex parte eius qui est in se immutabilis, sed ex parte eius in quo est quia verbum [illegible] non tamen mutatio non fit ex parte sui sed ex parte illius quem pro nobis incarnatus fuit in presenti [illegible] semper.

Postquam autem filius dei pro salute humani generis hominem assumpsit et incarnatus fuisset in eadem carne incepit aggredi modum per quem genus humanum salvum fieret quod [illegible]. Iste autem modus redemptionis nostre fuit amara passio et mors sua per quam salvati et a morte eterna liberati sumus. De qua ipse antequam [illegible] sermonem [illegible] incarnatum fuit [illegible] solum [illegible]. Quod exponens beatus Augustinus dicit: [illegible] dicebat [illegible] mortificandum in fidelitate [illegible] multiplicandum fide [illegible] secundum. Unde alibi dicit: Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hominis ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam. Passio ergo dei colliga[illegible]

debemus quod filius eius per [illegible] humano generi. Ex passione Christi quam sustinuit [illegible]. Christus sua passione vicit dyabolum quem ligavit, infernum quem spoliavit, mortem quam superavit, celum quod aperuit. De modo autem passionis hic sciendum est quod Christus passus est passione gravissima, passione acerbissima, passione ignominiosissima, passione [illegible] sed [illegible], passione iniqua. Gravissima quantum ad naturam humanam non solum secundum omnia membra corporis principalia verum etiam secundum omnem anime potentiam [illegible] potuisset secundum divinam. Nam passus est etiam passione acerbissima quia non solum dolendo ut patiens [illegible] sed etiam condolendo ut compatiens [illegible]. Ignominiosissima est etiam passione [illegible] quia [illegible] et [illegible] supplicium [illegible] et [illegible] consortium [illegible] cum quibus [illegible] passus est non passione [illegible] per [illegible] a corpore [illegible] anathematizatus [illegible] est qui dicit dei filium [illegible] quod semel assumpserat aliquando reliquisse. Debuit igitur reparatorem [illegible] sicut ordinate [illegible] et ordinate reparare debuit genus humanum. Ideo Christus filius [illegible] dei reparavit hominem offendendo obsequium [illegible] est ut satisfaceret deo honorem debitum reddendo. Honorem autem deo subtrahens per superbiam et inobedientiam homo fuerat, quem [illegible] modo [illegible].

Passio Christi fuit [illegible]

quam humiliacionem et obedienciam
Christi. Cum ergo Christus Ihesus in quantum
deus equalis erat patri in forma
dei, in quantum homo innocens
in habitacionis erat debitor mortis,
dum semetipsum exinanivit et
factus est obediens usque ad mortem
exsolvit deo que non rapuit per
obsequium satisfactionis perfecte, et ob-
tulit sacrificium suavitatis summe
propter dei placacionem. Item debuit
reparare per remedium convenientissimum.
Convenientissimum autem est ut con-
traria contrariis curentur. In-
quantum ergo homo volens et sapi-
ens ut deus fieret in ligno
vetito, dolens delectari ita quod in
elatus est ad libidinem, circa
cibus est in presumpcionem, ut pa-
tris est totum genus humanum infectum
est et incidit in mortalitatem
et mortem debitam morte. Sic
est homo reparatus
est quod adhuc ipse homo reparatur
convenienti remedio deus homo
factus voluit humiliari et in ligno
et crucis universalem infectionem
pati passione penalissima, contra
libidinis passione acerbissima,
contra presumpcionem passione
ignominiosissima, contra mortem
debitam et indebitam pati mor-
tem non invitam sed voluntariam.
Quia penalitas corrupcionis
infecerat in nobis non solum
corporis et eciam sed eciam omnem
corporis potenciam et omnem anime
potenciam, hinc est quod Christus
passus est in omni corporis parte,
in omni potencia anime, et in superiori
porcione racionis que summe in deum
delectabatur ut vero [illegible] amore
sui ad superius, summe patiebatur.
ut in eternum post consummacionem ad infe-
rius. Quinto quia Christus erat
viator et comprehensor simul. Tamen
quia libido vehementer infecerat
in nobis animam et carnem, et quantum
ad carnalia et quantum ad spiritualia
peccata, hinc est quod Christus et acerbis-
sima passione passus est in car-
ne, et amarissima compassione
passus est in anima. Et quia
in carne in persona erat equa-
litas complexionis et perfecta vivaci-
tatis sensuum, in eam summa conve-
nit ad dolorem, et summa perfectio in
proximum. Hinc est quod utique dolor fuit
intensissimus. Amplius quia timor
supplicii aliquem impingit intus
ex presumpcione, aliquem exterius ex
ostentacione et alterius laude,
ideo ad remediandum omnem
supplicium passus est vilissime ge-
neris ignominie, et ipse paciente
et commutacione que hinc impressio
perfecto compatitur quamvis non erit
gerens. Dixerunt enim impassibile
sed solum humana. Hinc est quod in
morte Christi sit facta divisio et
anime a carne ut tamen solum
esset unitas persone et divi-
tam carnis quam anime cum
deitate. Et quia divina unio in
corpore facit hominem et facit
viam, hinc est quod Christus non
fuit homo in illo triduo, licet
cum et caro unita essent cum
verbo. Et quia mors inhumana
nam non potuit morte vincere
in persona que semper unita fuit,
ideo mortua est mors in vita
et per Christi mortem absorpta
est mors in victoriam, ut tanquam
tempus mortis demetur. Ut per
hoc homo a morte et a morte
pervenitur morte Christi tanquam
per remedium efficacissimum liberatus

De exitu autem passionis Christi et fructu. Hec scienda sunt scilicet quod anima Christi post passionem descendit ad infernum sive ad limbum ad liberandum non omnes sed eos qui ante membra Christi decesserunt per fidem unita vel per opera formata, post hoc tercia die resurrexit a mortuis assumendo corpus quod prius unum fecerat sed non tale quale prius fuerat quia prius fuit passibile et mortale postquam autem surrexit impassibile et inmortale similiter permansit. Deinde post quadraginta dies ascendit ad celos ubi super omnem creaturam exaltatus sedet ad dexteram dei patris, quod dextram intelligitur non quantum ad situm qui non convenit deo patri sed quantum ad excellentiam honoris quia scilicet residet in potioribus bonis patris. Postremo interiectis decem diebus misit in apostolos promissum spiritum per quem congregata est ecclesia generaliter et ordinata secundum distribuciones diversas officiorum et gratiarum. Ad autem intelligentiam predictorum hec est ratio: Christus inquantum verbum increatum perfectissime omnia formavit, sic inquantum incarnatum omnia perfectissime reformare debuit, decet enim perfectissimum principium opus non dimittere imperfectum; debuit enim per reparativum principium redemptionis humane remedium prebere ad perfectum. Ad hoc autem quod esset perfectissimum oportuit quod esset sufficientissimum et efficacissimum. Remedium ergo sufficientissimum ideo se extendit ad celestia terrestria et infernalia. Quia ergo per Christum sunt infernalia recuperata terrestria reedificata celestia redintegrata. Item quia prius homini fecerat per peccatum erat primus peccatum perfectum, ideo post passionem anima descendit ad inferos ad liberandum in inferno detentos, deinde resurrexit a mortuis ad vivificandum mortuos, in postremo ascendit ad celos reducendo captivitatem ad integrandum urbem celestem, misit spiritum sanctum ad edificandum urbem terrestrem, quoniam necio operatur et exigitur ad sufficientiam reparationis humane remedium quia remedium illud sufficientissimum tamen in eos qui Christo adherent proficiunt quia in eos qui fuerunt qui tamen ad Christum vel accedunt et accesserunt et eius membra fuerunt et sunt, tales autem sunt qui adherent ei per fidem spem et caritatem, ideo remedium illud efficaciam habere debuit, primo in eos qui Christum crediderunt credendo sperantes et sperando amantes, et propter hoc statim debuit ad inferos descendere ad eorum liberationem unde apta ratio est propter passiones que satisfaciendo amovent triumphum imitando suam dominum eripuit de inferno omnia sua membra, debuit etiam efficaciam habere propria in eos qui Christo adventuri fuerunt et attrahendo ad fidem et spem et caritatem et tandem ad gloriam producendo celeste ut igitur edificaret ad fidem qua credimus Christum verum hominem et verum deum, quia credimus eum voluisse nos redimere per mortem et ad vitam nos reducere posse per resurrectionem ideo voluit resurgere ad vitam in morte longum interceptio tum spacio temporis sed debito. xl horas, in quo ostenditur quod vere mortuus fuit, ut magis accelerate

ne si eternus resurgeret crederetur
quod non vere mortuus fuisset sed si
mortuus fuisset, non amplius dif-
ferre nec si semper maneret in morte
crederetur impotens. et quod nullus
posset ad vitam revocare, ideoque
resurrexit tertia die, amplius
ut erigeretur ad spem celeste.
Ascendit gloriam quam promiserat.
Et quia fides non oritur nisi ex
fide in mortalibus fuerunt ideo non
statim ascendit sed spacio xl dierum
interiecto in quo familiariter signa
et argumenta sue confirmaret
vitam, per que animos solidaret
in fide et sublevaret ad futuram
gloriam celestem. Postremo ut in-
flammaret ad caritatem misit
spiritus sancti igne in die penthecostes
et quem nullus sic igne repleret
nisi qui [illegible] pectora et pulsaret
tamen instrumenti. et in oportuno
spaci. desiderio ideo non statim post
ascensionem misit sed decem dierum
spacio interiecto, in quo discipuli
remanentes orantes et gementes
disposuerunt se ad spiritus sancti
susceptionem, ut per hec sic debitum
finivit homini nascendo sic et
in resurgendo et in ascendendo
in celum, sic in mittendo spiritum
sanctum, et propter similitudinem tam veri-
tatis et propter multa misteria
que in hiis temporibus implicantur
Et quia spiritus sanctus qui caritas
est et per caritatem [illegible] est,
origo omnium carismatum. Ideo cum
descendit spiritus sanctus effusa est
plenitudo carismatum ad cor-
poris mistici confirmandum, et quia
diversa membra debeant esse in cor-
pore perfecto et diversorum membrorum
diversa officia et actiones, et diversorum

officiorum diversa carismata. Hinc
est quod unum datur per spiritum sermo sapientie
alii sermo scientie, alii fides etc. que
enumerat apostolus que omnia operatur
unus atque idem spiritus dividens
singulis prout vult. Sic sua liberalissima
largitate vere manifestissime
apparet quod deus in christo post
propriam passionem mortem et
ascensionem ac spiritus sancti missionem
humanum genus perfecte reformavit
ad statum felicitatis eterne quem
prius perdiderat primus homo per
peccatum inobedientie. Nam per
spiritus sancti missionem apostoli sic quod
[illegible] [illegible] sed [illegible] in mundi
[illegible] predicante Actuum [illegible]
creature qui crediderit et baptizatus
fuerit salvus erit, statim predica-
verunt et fidem christi et baptisma
annunciaverunt. Reges exinde
vel gentibus recipiebant fidem
christi et baptisma susceperunt acci-
piebant spiritum sanctum per que templum
dei efficiebantur, de quo dicit
apostolus Templum dei sanctum est
quod estis vos. Spiritus enim sanctus
se infundens cordibus fidelium
et accendens in amore dei facie-
bat eos templum sue habitationis, de hoc
Augustinus in libro de trinitate sic dicit
dilectio que ex deo est et deus est
proprie spiritus sanctus est per quem diffun-
ditur in cordibus nostris dei ca-
ritas per quem nos inhabitat tota
trinitas et fit homo templum dei
nisi per fidem et dilectionem assecutus
est dei unicionem quam christus acqui-
sivit, per hec beatissimum primi hominis
vivere [illegible] per gratiam et post
hanc vitam si in statu gratie
perseveraverint in futuro vita hic
est in regno celorum per gloriam.

Est igitur consummatum et perfectum
est illud bonum hominis ad quod
creaverat eum deus. hoc est ad
fruicionem sui

Considerauimus autem malignus
hostis quia per passionem et mor-
tem christi redemptum esset genus
humanum et quod ad fidem ipsius multa
concurrerent et per sacramentum
baptismi a sordibus omnium peccatorum
mundarentur et omnes tales cre-
dentes in christum filium dei essent
valde infirmauit et quamuis per-
diderit antiquam dominacionem cepit
querere nouum processum quippe ut
deletum est omne peccatum siue origi-
nale siue actuale per se deleatur
manet tamen adhuc fomes pec-
cati qui non est extinctus id est inclinatio
ad peccandum eciam in baptiza-
tis. Sed cernens hostis antiquus
humanum genus licet quod homines sunt
fideles et per sacramentum baptis-
matis quod abluti a peccatis fu-
erant esse pronos ad peccandum
propter fomitem peccati qui in ipsis
remanserat omnem maliciam
suam ad temptandum et deci-
piendum genus humanum ex-
tendit et in hoc preualuit stimu-
lando et instigando ad vicia et
ad concupiscencias carnis et mundi
quod non est aliquis qui eius la-
queos cauere possit. Unus enim
est in modico tempore et inter fideles
qui non est lapsus vel labitur
in consensum vel actum peccati presertim
per mortale peccatum perpetratum
perdunt spiritus et innocenciam
baptismalem et fiunt hostes gratie
hostes dei et efficiuntur filii ire
et per consequens merentur dampnacionem
perpetuam hoc est mortem anime
de qua per ezechielem dicitur anima

que peccauerit ipsa morietur et
beatus Jacobus. peccatum cum consumma-
tum fuerit generat mortem. Quid igitur
agere debet infelix et miser peccator
tot miseris circumdatus sibi adeo in
conpertum. licet quod fuit creatus ad yma-
ginem dei quod fuit redemptus pre-
cioso sanguine christi quod fuit absolutus
in baptismate ab omni sorde peccati
qui iterum incidit in sordes peccatorum
scilicet iterum depravando et maculando
et rebaptizari non licet. Ad hoc de
prouidit de bona absit clemencia
sua conditor noster
et considerans figmentum suum
esse fragile ad peccandum prout
ipse dicit in genesi. Sensus enim
et cogitacio humani cordis mala
sunt prona sunt ab adolescencia
sua. Nolens eciam sanguinem suum
qui in mortem fusus est pro nobis
in nobis esse frustratum et summa
et ineffabili pietate prouidit
nobis de remedio salutari. Scilicet
tercium sacramentum e quibus precipuum
est penitencia quod valet post
baptismum maculas per peccatum con-
tractas abluere et delere et gratiam
perditam reformare. Declarat pie-
tatem et misericordiam dei beatus Gregorius super
illud Job. Numquid armilla perfo-
rabis maxillam eius. videlicet
behemoth. dicit armilla deus
leuiathan. istius armilla per-
forat quia ineffabili sue
potencie sit malicie antiqui
hostis obuiat ut aliquos quos cepit
vi eius iam cepit amittat et
quasi ab ore illius cadant
qui post perpetratas culpas
ad innocenciam redeunt. Quis enim
autem hominum leuiathan istius
os euadat ut illicita nulla
committat. Quos ore illius
semel receptus. maxillam eius
euaderet si perforata non esset

anno more petri tenuit eum negaret. an non in ore david tenuit eum in tantam luxurie deoriginem misit. Ezechiel ad david. vel quia primum redemit leviathan. iste eos. aliqui aliquo quasi per maxille sue foramen dimisit. Ecclesiasticus. hinc consuetudinis genium redemptori. cuius eius debitores sumus, qui non solum nos more leviathan ne perhibent sed labore et vedire concessit ipsum fractum. petrum non absentit quod maxillam cavis ut cadendi diem tribuat perforavit. ubique ergo nobis occurrit sui premium medicinam. quam dedit ecclesie suam preceptione peccati et cum peccanti dedit ei medium. ne deficit videlicet prime h. glossa. Ecce quod mira et pietas dominus expositum sibi prudit de medicina. et remedio peccatorum contra post baptismum in peccata corruentibus. Sed in non tam piam medicinam ipse suas magnas dolia poterites ac compassitentes. ac tam piam divinas neglegit quid aliud quam in predicationem proprie damnationis voluntarie fugit. Aliter cum exemplationem tempore videbitur cave dum precedere potuerit debebit deus dehic. deus glossa in igitur avertitur sit dicit non est enim quid homo exemplationis invenit. deus resipiscentem et expetit contemptum se videt et renovat in immensum. de contemptu suo puniet et tamen quasi venienti eorum primum quemadmodum et non solum. quasi verum contra frequentius. vivos semper vide. d. Deus aug. Sed elit nobilit nominatus glorie. ut penitentes pietatis est semper pristine vespus

considerationes igitur tanta precedit in visitationibus nunc dei viri, cum destinamus et timeremus vitare impermantibus avis, et ideo non tendemus tamen ad deum, nec differamus de die in diem. Sed quando eius saborem primum peragere rationibus assumamus deposite eos dictam hominem in actibus et indumentis novum hominem sancte et religiose vivendo. ut gratiam et veniam dei in beneficia que optima hec est modus.

Modum autem quo ad gratiam dei accedere debeamus et gratiam invenire dicis in pro. sapientiam suam sic instruentis. edocet dicens, ubi supremus et imprimis contra hoc ipsi accedis ad premente dei ut sequentibus vobis duo dicens in timore ... proximus vocans nos filios ut nos benivolos ad obediendum sinceros vindit nobis viam remedii et premiendi ad gratiam, nam in istis verbis dicit ut in sin patebit totum salus. homo consistit de anima et mentis partis incorporatis congruentis proportionatum secundum intentionem sensibus eius vel dictamus sine intelligentiis et sensibus intelligitur quam ad sensibus, si tamen audientis dicitur vel prudentia. hic autem sapientis perfectum modum, fili accedens ad servitutem sta in timore et iustitia. et prepara animam tuam ad temptationem et sustine conrige dei. sequitur autem triplex status. electorum contemplantium. vel incipientium proficientium et perfectorum. Status incipientium sine penitentiam consistit moribus. hec cum Ecclesiastice

confessione / et satisfactione. Certus
perficientem eciam virtutibus vicio-
rum detestatione in virtutum
operatione et intemptatione professe
Certus perfecte simul virtutibus
videlicet iocunditatis mundiciei. sine prelate
consideracione caritate / et meditatoris
vite contemplatione, quartus status
notatur. ubi cum dicitur fili accedens
ad servitutem dei. Secundus cum sub-
iungitur sta in timore et iusticia
et prepara animam tuam ad temptacionem
et sustine. Tercius quando subiungitur
coniungere deo. Et quia ad regimen
dei nemo potest pervenire nisi sit
in statu penitencium vel proficiencium
vel perfectorum ideo antefertur. Quartus
ut supra dictum est quod omnia que
necessaria sunt ad salutem anime ho-
minis in istis verbis comprehenduntur
verbis / nunc igitur post dicta dominice
procedendum est ad materiam modo
assumptam declarandam et exe-
quendam. Et quamvis predictum sit
est quod colloquium edificatorium
exorte seniorum ad minores verba
tamen magis instruit et edificat
quam simplex lectio quod affirmat beatus
gregorius dicitur collationis verbo
plus quam lectionis sermo torpentia
corda excitat / hic igitur attendens
in hoc tractatu processum dyalogi
de interrogante et videns procedere
discipuli hic est pater spiritualis in-
duens et instruens / filii non spiritualis
interrogantes et informatione re-
cipientes. Quare ergo spiritualis filium
spiritualem alloquitur dicens verba
premissa. fili accedens ad servitutem
dei etc. accede inquam primo perfectus
penitens agendo et sta in timore
vicia fugiendo. et instrui operando
virtuosa faciendo / et prepara animam
tuam ad temptationem inpugnantium

temptationibus dyabolicis resistendo / et
sustine in bona vita perseverando
coniungere deo. ipsi perveniendo finaliter
ad beatitudinem sic ista faciendo. graciam et
gloriam apud deum obtinebis graciam
in presenti et gloriam in futuro.

Filius interrogat verba cohorta-
cionis exorte tuo ore admo-
dum anime mee multum salu-
bria cordis mei aure libenter sus-
cepio / sed rogo ut illa que modo
breviter proposuisti, latius et manifes-
tius ad instruccionem meam et infor-
macionem et edificacionem meam velis
exponere / ut per huius salubrem
doctrinam mente mea valeam as-
sequi, et illa que superius enume-
ratius possim perfectius adim-
plere / ac a deo graciam in presenti et
gloriam in futuro obtinere. Unde primo
peto me informari quid sit
accedendum ad deum / et primo utrum
accessus ad deum fiat per graciam
dei / aut per liberum arbitrium sive
voluntatem hominis.

Scire debes fili quod omnis salus
hominis primo hic oritur a gracia
dei unde dicit apostolus Jacobi i. omne
datum optimum et omne donum per-
fectum desursum est descendens
a patre luminum. Istud donum perfectum
est gracia que sit per quam deus
omnes peccatores a seculo predestinatos
vocat ad salutem. Unde necesse est
per vocari si debet et dignus
esse beatitudinis quod fiat particeps
influencie spiritualis, ad bonum
enim gracie non potest quis per se per-
venire cum hic non sit sui viri-
tutes nature, sed eam influentem
largitur divine / quia homo per
propriam industriam sine gracia nec
accedere ad deum nec aperire nec co-
gitare quidquam boni valet / sed vo-
cacio divina sine accessus ad dominum

sit per gratiam. hoc testatur beatus Gregorius
in xxxiii° libro moralium super
illo verbo Et quis dedit michi ut
redderem ei etc. dicens. Nemo
quippe ut diuina estimo gratia asse-
quitur aliquid confert deo nisi
si nos. dum bene viuendo et operando
preueniamus ubi est quod propheta ait
misericordia eius preueniet me
Et iterum dilecto deum preueniet ubi
est quod Iohannes ait / Non quod nos di-
leximus deum sed quia ipse prior di-
lexit nos. Et sine eius munere
nulla virtute deum sequimur ubi est
quod veritas dicit Sine me nichil
potestis facere. Et illud Nemo potest
ad me venire nisi pater meus traxe-
rit eum. Et saltem bonorum esse-
mus. seu virtute nostra quod bene
cogitando preueniamus [illegible]
[illegible] tam sub-
tiliter dicitur ut omnis desiderii bo-
ne mentis fidentiam abscisa cordis
radice succidatur cum ait Non
quia sufficientes sumus aliquid
aliquid cogitare a nobis quasi
ex nobis. sed sufficientia nostra ex
deo est. hec Gregorius. Ex hiis igitur patet
quod conuersio siue accessus ad deum
fit primitus per gratiam solum.

Sicut audio conuersio siue ac-
cessus ad deum per gratiam fit.
Quid ergo de libero arbitrio ut
ne aliquid aut cooperetur gratie
ad hominis salutem. Responsio.

Quamuis per gratiam principaliter
fiat accessus ad deum, non tamen
per hoc excluditur liberum arbi-
trium. Nam conuersio siue accessus
ad deum. et omne opus bonum
et virtuosum per quod acquiritur
salus procedit a gratia et libero
arbitrio principaliter tamen a gratia /
nam omnipotens deus eos quos
vult saluos facere et quos preelegit
primo donum sue gratie infundit /
que in suppositio mouet liberum arbi-
trium ad bonum appetendum Ca-
no in missione. hoc salubriter
liberum arbitrium suscitat et ad bo-
num appetendum et agendum mouet
sive statim gratia que prius preue-
nit / subsequitur sibi. cooperando
nobis que pertinent ad salutem /
hoc probat beatus Gregorius xvi° libro
moralium cum dicit Superna pie-
tas. prius agit in nobis aliquid
sine nobis / ut subsequente quoque
nostro libero arbitrio bonum quod iam ap-
petimus agat nobiscum quod tamen
per impensam gratiam in extremo iu-
dicio ita remuneret in nobis ac
si solum processisset ex nobis. Qui-
cum diuina nos bonitas ut inno-
centes faciat preuenit / paulus
ait / gratia dei sum id quod sum Et
quia eandem gratiam nostrum liberum
arbitrium sequitur adiungit Et gratia
eius in me vacua non fuit sed
semper habundantius illis omnibus
laboraui. Qui cum ex se nichil
conspiceret ait Non autem ego Et
tamen quia se esse aliquid cum
gratia inuenit adiunxit / sed gratia dei
mecum Non enim diceret mecum
si cum preueniente gratia subsequens
liberum arbitrium non haberet
Ut ergo sine gratia se nichil ostenderet
ait / Non ego. ut vero se cum gratia
operatum esse per liberum arbitrium
demonstraret adiungit Sed gratia
dei mecum. hec Gregorius. dicit etiam
beatus Augustinus nolentem deus pre-
uenit ut velit / volentem sub-
sequitur ne frustra velit. Hoc
etiam dicit beatus Bernardus Deus ad-
hec hoc est bonum cogitare /
velle perficere operatur in nobis.

primum sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos facit. Siquidem immittendo bonam cogitationem nos praevenit, immutando etiam malam voluntatem sibi per consensum iungit, ministrando etiam consensui facultatem vel facilitatem foris per apertum opus nostrum intra nos opifex innotescit. Sane ipsi nos nequaquam praevenire possumus. Denique [illegible] bonum neminem inveniunt, neminemque salvant quem non praeveniunt. Adeo ergo sine dubio nostre sit salutis exordium, nec per nos utique nec nobiscum. Verum consensus et opus, etsi ex nobis non sunt, tamen sine nobis non. Cum ergo demum invisibiliter nos et nobiscum actitare sentimus, soli gratiae totum attribuamus. Ipsa liberum arbitrium excitat cum seminat, cogitatum sanat cum mutat, affectum roborat ut perducat ad actum, servat ne sentiat defectum. Secundum hoc [illegible] ergo propositum quod gratia praevenit liberum arbitrium et eo subsequitur. Nam ipsa gratia operans sed bona voluntate quae procedit ex libero arbitrio primo operatur in homine ut sit, deinde operanti cooperatur ne vacua sit. Unde Hugo praeterea verbis probat dicens: Opus namque spiritus bonam voluntatem in homine primo operatur, deinde bonae voluntati moventi se et operanti cooperatur. Prius bonam voluntatem aspirat ut sit, deinde bonae voluntati moventi se cooperatur ut moveatur et operetur, ut vacua non sit. Primo operatur causam, deinde operatur per causam. Bona enim voluntas est instrumentum, spiritus sanctus est artifex. Quemadmodum

enim artifex primo instrumentum operatur, deinde cum instrumento operatur: primo solus instrumentum operatur, quod vero cum instrumento non solus ipse operatur sed instrumentum cum ipso per quod ipse operatur. Sic spiritus sanctus primo bonam voluntatem in homine solus operatur, sed quae postea per bonam voluntatem operatur non solus ipse operatur sed et voluntas per quam operatur. Tamen opus bonum ex spiritu sancto est qui operatur, non ex voluntate hominis per quam operatur. In ipsa quidem bonum, sed non ex ipsa, quia aliunde accepit. Unde ergo opus bonum et primum est magis [illegible], non primum, nequaquam a se ipso non habet, sicut Hugo. De hoc etiam [illegible] in glossa super [illegible] [illegible] ubi dicitur: Sicut in mala [illegible] non est ut sine illuminatione [illegible]. Deinde nobis afferatur [illegible] in mala [illegible] et ut oblatum suscipiatur. Quia aliquis et tamen voluntatem ostendit, sed neque suscipiatur nisi tamen voluntas, et tamen volumus [illegible] voluntas, quia donum dei est voluntas bona, tamen autem volumus a nobis [illegible] volumus, quia nolle nihil aliud est quam non velle, quod desiderio bonum est, sicut glossa. Praemissis auctoritatibus colligere possumus quod omne bonum opus quod ab homine agitur fit per gratiam inspirantem et liberum arbitrium sive voluntatem consentientem, et ut [illegible] sic ex duo ad salutem ut homo salvus perficiatur. De hoc dicit Bernardus in libro De gratia et libero arbitrio super illud apostoli: Non est volentis neque currentis

h. misericors est dei. Quid igitur
agit liberum arbitrium breviter
respondeo salvatur. Tolle liberum arbitrium
non est quod salvetur / tolle gratiam
non est unde salvetur. Opus hoc
est sine duobus effici non potest
uno a quo fit altero cui vel in quo.
Deus auctor salutis est liberum
arbitrium tantum capax. Nec dare
illam nisi deus nec capere valet
nisi liberum arbitrium. Quod ergo
a solo deo et soli deo datur ab-
sque eius consensu esse non potest
accipientis quam absque gratia dantis
et sic gratie operanti salutem coo-
perari dicitur liberum arbitrium dum con-
sentit hoc est dum salvatur. Con-
sentire enim salvari est. Unde
latro quidem salutem hinc cum non
unde caperet / eo quod illi volun-
tatis deest consensus. quo salvatur
videlicet deo placide obtemperet
sive iubenti acquiescendo / sive
pollicenti credendo. sive red-
denti gratias agendo. Hec Bern.
De hoc etiam dicit quedam glosa
super illud verbum / Ego sto ad hos-
tium et pulso / Ego sto videlicet
deus ad hostium scilicet cordis humani
et pulso ad bonum semper vocale
vel a malo monendo. Si quis
audierit vocem meam monitionem
meam consentiendo: et ape-
ruerit id est ianuam per conatum
liberi arbitrii ad bonum / intra-
bo ad illum scilicet per gratiam con-
ferentem habitando in illo / et
cenabo cum illo et ipse mecum
quia deus in tali homine delectatur
et ipse in deo. hec glo. postea
ergo dei. apparet clare quod opus

bonum fit per duo. scilicet per gratiam
et liberum arbitrium. Quod etiam
greg. in libro xxxiii moralium
confirmat dicens. Bonum quippe
quod agimus et dei est et nostrum. Dei
per prevenientem gratiam / nostrum per
sequentem liberam voluntatem. Si
enim dei non est / unde ei gratias
agimus / si nostrum non est / unde
nobis retribui premia speramus. Quia ergo non im-
merito gratias agimus / scimus
quod eius munere prevenimur / et
rursum quia non immerito
retributionem querimus / scimus quod
obsequente libero arbitrio bona
eligimus que gerimus. hec greg.
Notandum etiam quod licet operari
meritoria salutis eterne sint
liberi arbitrii. et gratie princi-
palius. tamen sunt gratie / gratia
enim liberum arbitrium dirigit
in exitium [illegible] / per nos
enim male facere possumus / sed non
bonum. Quicumque ergo bonum aliquid
in suis actibus consideret
dono gratie id ascribat si quid
mali in se perciperit hoc sine
dubio peccati / in bonis vitando
arrogantiam / in malis evadendo
humilitatis constantiam que
sepe perditur dum mens de
virtutibus procreatur gloriatur.

Sufficienter nunc est expositum
est quod omne opus bonum
agitur per gratiam et liberum arbi-
trium / per gratiam prevenientem
liberam voluntatem consentientem
et salutis meritum suscipientem
et quomodo ex hiis duobus salus
hominis consistit. Ergo movet
valde mentem meam cum libero

arbitrium sine gratia spiritus sancti
nichil possit operari. cum omnipotens
deus qui plenus est omni potestate
et virtute sua gratiam non infundit
omnibus quia hominibus per quam
cuncti possent salvari. [P]ropter
ista que te movent et de quibus
queris valde sunt occulta et
nulli humano intellectui pervia
iudicia. cum dei sint hec et valde
incomprehensibilia de quibus propheta
dicit iudicia tua abyssus multa.
Deus cum comprehendi non potest quare
deus cum possit non vocet omnes
ad viam salutis vel quare magis
unum peccatorem minus graviter delinquentem
quam alium [illegible] eligendo et vo
cando ad viam vite. hic comprehensionis
silentium imponere humane loqua
citati et exclamare cum apostolo
qui considerans apostolum [illegible]
prius persecutorem [illegible] post
esse reprobatum et gentilem
ad fidem christi vocatum et electum

ad ro. xi

ait. o altitudo divitiarum sapientie
et scientie dei quam incomprehensibilia
sunt iudicia eius et investigabiles
vie eius. quis enim cognovit
sensum domini [illegible] tu debes scilicet
quod nichil visibile et sensibile
et intelligibile in tota
creature amplissima quedam
in mensa rerum publica fit vel
agitur, quod non de illa intima
aula summi imperatoris aut iube
atur aut permittatur secundum ineffa
bilem iustitiam premiorum atque
penarum gratiarum atque retributionum.
hinc est quod omnia que in mundo
fiunt aguntur et reguntur
divina providentia, que nominatur

incomprehensibilis que nichil agit
nisi bene, nichil permittit in
iuste. de hoc dicit abbas pafnu
cius in collationibus patrum.
Credere inconcussa fide nos con
venit nichil sine deo prorsus
in hoc mundo geri, aut eius volun
tate aut permissione agi omnia,
fatendum est ut scilicet que bona
sunt voluntate dei ipsius auxi
lio, quod credimus que contraria sunt
permissione eius, cum pro peccatis et duricia
cordis, [illegible] deserens nos divina
protectio dyabolum nobis vel ignominiosas
sive nobis corporis passiones
patitur dominari. ex premissis
ergo hoc colligitur quod nullo modo
potest aliquis aliquid boni efficere
nisi ipso cooperante et coeffi
ciente. nullus deficere potest
vel peccare nisi ipso iuste de
serente. Iuste autem deserit quia
iustum est ut sic [illegible]
res quas condidit ut non in
fringat leges quas indidit et
[illegible] rebus quas creat
ut eas agere proprios motus si
nat. et ideo si liberum arbitrium
ad utrumlibet flexibile de lege nature
dimittat in malum [illegible]
cidere hoc non permittit nisi iuste.
[illegible] si peccatum [illegible]
et persistat, nullus facit in
iuriam, ideo non nisi iuste vel
omnino iuste secundum exigentiam
meritorum quia merita ad hoc
non sufficiunt, sed gratis et
misericorditer facit, et quando
iuste quoniam est ex condecentia
bonitatis sue. Cum ergo [illegible]
net et replet omnia [illegible]

instituum/ qui non praedestinat cooperatur sibi gratiam et in nullam quam
non excludit iusticiam. Quia
non omnes sibi. qui de massa oritur
praedictus dampnari debebant
aut/ ideo reprobantur. electos quos
eliguntur ut ordinatum [illegible]
natos est sibi. scilicet gratiam/
dampnatos autem sibi iusticiam
quem iniustus ego potest comparat.
de diuina voluntate quia reprobat
sibi iusticiam/ et praedestinatos vero
per gratiam et misericordiam ad salutem
quia omnia agit iustissime. Reprobatio
praedestinatos non infert culpam autem sed
promouet si praedestinatio vero gratiam.
ex ymone multi sequentes in eo
nominatim [illegible] praeuenit
bonus premia & malis supplicia
contemplare remuneratiuam in
bonum vel promerendum mali. Item
ut promerendi aliquid bonum ut
supplicandi nulla esset ratio
Item continuare liberis arbi-
trii. que se habet ad utrumque
Item ut boni facientes essent
laudabiles ut mali vituperabi-
biles unde deus cum creauit
hominem infundendo gratiam per
hanc legem naturae indicens.
non infirmat/ quia liberum arbitrium
sic per gratiam mouet et mouet
ad veram salutem/ ut tamen ipsum non
cogat/ sed eius consensu libere ma-
neat et ideo dicitur quod culpa
complectatur non solum natura et
quod gratia introducitur/ sed etiam
quod liberum arbitrium se consentiret
expulsioni culpe. Praeterea res
cum peccatorum/ Sicut est quin ma
productione iustificationis concurrit
actus liberi arbitrii et gratie

conformi et ordinate ita quod
gratie gratis data est excitare
liberum arbitrium/ liberum arbitrium
autem est eius excitatum consen-
tire vel dissentire et ita in
iustificatione concurrentibus est
ad gratiam gratum facientem se
praeparare quia hoc est facere quod in se
est et sic deposito gratiam gratum
facientis. Sed infundi enim liberum
arbitrium potest cooperari si vult
et tunc meretur vel gratiam per
petiri et tunc demeretur. Ergo
cooperetur et/ ipsum infundit meretur
venire ad eternam salutem/ Ex hoc
colligere possumus sed esse quod dicit
Augustinus Qui creauit te sine
te non iustificabit te sine te/
Unde certum esse quod non est volentis
neque currentis sed miserentis dei/ Sed
certum esse quod nullus per se possibilis
remitto/ quia nulli deus in nobis
praeter quia omnia conat. Respondet
et dicens. sibi munera gratie sine
libertate largienda ut dicitur
homo non esse angelus ut misse
quasi non accepit/ sed in domino glo-
riari/ Unde certum esse quod liberum
arbitrium licet per se legem imp-
lere non possit. ut gratiam in se
efficit/ inexcusabilis tamen est si
non facit quia gratia gratis data
semper est praesto ad commonitionem
eius ammonendo ammonendo praeterea
facere quod in se quo sed habeat
gratiam gratum facientem/ qua
obtenta diuinam impleat legem
& fiunt voluntate qua sua
tendunt ad beatitudinem promereat
sempiternam per opera meritoria
que totaliter sunt a gratia/ tota-
liter etiam a libero arbitrio/ sed principaliter

a gra et no licet agit'r pma nec
sibi meritu primam gram h'c e
gram preueniente pt tamen prac
et abilitare se ad illam faciedo
q in se est / qua nulli gra de
negatur / hec congruitas tn mltō
magis est ex parte bonit' dei gra
conferent' / qua ex parte hominis se
ad gram abilitantis / qua ipa
abilitatio ex parte hominis solu
dat locum diuine misericordie / q salua
iusticia possit aliqm ofri gra
quia in mra fiet diuine iusticie
si et daretur gra indigno adhuc
esset obex gre. Item obex est
gre triplex et dr cor. primu ob
duratu. scd'o / secundo improbi
litatem ad suscipiendam gram
q fit per malam voluntatem / qz
in malivolam aiam que vult
malum et no vult flecti ad
bonum put dicit sapiens no
introibit sapia i. gra dei. scdo
modo per firmam inhesione ad pctum
et hoc fit qn est homo maledictus
pctis et tn placet sibi iniqui
tas et adheret voluptati ani
mi. et inde q no possit n'
vult suscipere monita salutis
tercio per reflexione diuinorum in
spiritualium et mandatorum / q fit
per malum desiderium et consuetudine
peccatorum. quia tales consuetudo
que contrahitur per desideria
carnalium voluptatum et mundi
excecant mentem hominis in tm
q diuinas inspiraciones et sa
lubria monita ad cor puenientes
no percipit. Vn note est q q
semper se inhiat mundi lagueis
irretitum et noluit saluari
in mortem suam et dampnacionem
eciam finalis fecit / et conti
nua contractata et consuetudine

pursu vm sibi faciat / et cor suu
toto. communie ad gram susci
piendam humiliet / ut adeo gra
et meritu consequi mereatur
sufficiens aute humiliacio
ad gram est si homo q in se
est facere velit / facere aute q in
se est tu complectitur s. ut
homo actum pcti et volunt'e
peccandi deponat et conetur
ad bonum put sibi possibile e
ergo si homo q in se e facit
deus. utique faciet q in se est
gram conferendo in finem
dando / et tunc potest homo facere
super ezechielem dicit. Sic Ecce
quod sicut duobus modis a deo re-
ceditur sic duobus modis a deo
apostate homines sunt. Nam unus-
quisque contrarius suo aut fide re-
cedit aut opere. Sicut ergo qui
a fide recedit apostata est, ita
qui ad pristinum opus quod dese-
ruerat redierit ab omnipotente
deo. absque [illegible] absque ulla
dubitatione deputabitur. Et si fide
tenere videatur. Hec gregorius. Mirandum
est. quod sunt nonnulli in sua religio-
ne qui solum gloriantur de eo quod
plures annos habent in ordine
quando ipsi raro vel numquam reli-
giose vixerunt. immo diem per-
diderunt. Sed tales quamvis in [illegible]
bus non tamen professione nomi-
nis sic esse religiosi sunt et non
monachos. Hec dicit beatus bernardus.

Et in ordine quadraginta an-
nos egisti et virtutibus non profecisti
sed in pessima quidem statu quo intrasti
ego hominem te iudico. Hec Bernardus.
Est et aliud in ordine valde
reprehensibile videlicet vicium mur-
murationis quod beatus augustinus in re-
gula districtissime prohibet sic dicens
ante omnia ut absque murmure
sint fratres quod mandatum regule
a pluribus minime observatur. Nam
propter modicam occasionem nonnulli
fratres prorumpunt in murmurationem
videlicet causantes de cibo de
potu et aliis rebus. immo displi-
cet super dimidiantes superiores
suos. prelatos et alios officia-
les asserentes eos inordinatos
vel inprovidos aut neglige-
tes esse. Sed tunc debent tales
monachi ne propter vicium murmura-
tionis provocent iram dei aut ex-
separantur demum filiorum causa
Dicit beatus basilius. Non erit de
numero filiorum xpi qui murmurare
inventus. absque dubio viciis sunt
vehementissime [illegible] cum perfuga in
murmur sine dubio et super-
[illegible] hoc dicit. Hec Basilius.
Et quamvis debeant murmura-
tione fiunt sic dum consolatione
[illegible] hec beatus [illegible] qui dicit. Ex
pers est consolationis divine sic ad
templationem recipis murmu-
ratione. Hec [illegible]. Et sicut sub-
diti precavent murmurando sic et
prelati ne eciam superiores labo-
rare debent ut non dent illis
occasionem murmurandi ne forte
et ipsi incurrant propter hoc penam
et iram dei. Decimum est
quod sicut perseverantes in ordine ef-
ficiuntur valde virtuosi sic contra-
rium deficientes in bonis morali-
bus nullomodo [illegible]. Sed tales
respicio cum timore dei sicut

est. que non expediunt faciendo
multa et enormia committendo.
Deteriores religiosis dicit Bernardus inue-
niuntur. non vidi meliores quam qui pro-
fecerunt in ordine, sic non vidi de-
teriores quam qui defecerunt. Et nota
quod omnes qui in statu religionis
inordinate viuunt miserabiliores
sunt omnibus hominibus quia
nec deum habent nec mundum nam
si cupiunt suas voluptates ex-
ercere peccando semper tamen timent
deprehendi, et ideo frequenter magna
dum cordis angustia sunt consti-
tuti, et ideo celum non habent quia
libere peccare non presumunt, deum
etiam non habent quia peccando
eius indignacionem incurrunt de
hoc dicit Bernardus. Secundo Omnes de mundi
contemptoribus, scilicet monachis
et aliis viri religiosis si peruersi
sint, religiose viuendo impleue-
runt cum deo non indutus, cum
sic sint miserabiliores sunt omnibus
hominibus quia nec deum habent
nec celum hoc. Secundo Non solum autem
tales sunt inter mundo miserabiles
verum etiam eterna dampnacio ap-
prehendet eos in futuro teste Bernardo
dicit. Quam in loco ordinis sine or-
dine viuit ad illum ordinem
descendit ubi nullus ordo sed
sempiternus horror inhabitat.
Hec Bernardus. Quartum quidam monachi
aut religiosi se preparabunt et
premuniunt periculis anime sue
et abstrahunt se a concupiscen-
tiis carnalibus et a vanitatibus
huius seculi non solum mente sed
etiam corpore, quia conuersari in mundo
et inter seculares homines monachis
minime expedit, maxime tamen
illis qui non dum in bono pro-
fecerunt et inducti religiosi sunt
sunt enim videndo et audiendo

que in seculo geruntur. debiles
animi faciliter ad temptacionem tra-
huntur, et ideo mundus et eius oc-
casiones sunt fugiende. De hoc
ysaac abbas syrus sic dicit Ex-
pedit monacho in silencio et
in secreto oppugnantibus enim
se absconditis appetibus abstinere
et elongare se a pugnantibus
ipsorum et dico non solum propter
te sed etiam propter omnibus inquinatis con-
muniunt. Monachorum vestis. Quia
cum homo accedit ad deum se-
dens inter eum deo de hiis
abstinere que sunt que non vi-
dere faciem mulierum non respi-
cere formosorum aspectus, non con-
cupiscere quidquid vel quilibet
ornatum vestium non vide non
vide hominum secularium dignitatem
et cetera, quia multis vires
acquirunt vicii de propinquitate
corporum loquencium et videncium
ad vestes preciosas et pompis eum
et sicut aspectus eius bonorum
monet arbitrium hominis ad [illegible]
ut inclinet ad operacionem ipsorum
manifestum est quod ipsorum con-
tra potenciam habent corrupti-
onis animi, et si nichil plus
facit solitudo ad infestacionem
tamen plurimorum adducit illum et
in silencio semper facit mentis
turbacionem, ad vinculum [illegible]
corporis [illegible] hec homo [illegible]
[illegible] et debet custodire semper
et diminuere pugnam suam
in ipsis. Quando cum homo
sibi faciat violenciam ad bonum
proficit, tamen exteris videndo
semper atque contemplando hoc
ysaac abbas. Et quia periculosum
est monacho conuersari in
seculo monachi eum oportet
esse dicit. Fuge curtes [illegible]
silencium, fratribus in spiritu [illegible]

studet / in nocentiam vite et simpli
citatem amare / si non appetitum sed
scientia liber non est. / Hoc tangit
Hugo de sancto Victore sic dicens.
liber scientie non est qui alienum
usurpat officium. Si monachus
es, quid facis in urbe. Si amas
silencium cur de contentionibus asse
dere me esse delectaris. In semper
ieiunijs et fletibus debes in
sistere et tu philosophari queris.
Simplicitatis monachi propositum
est. Et docere inquit alios vo
lo. Non est tuum docere sed plangere.
Et tamen doctor esse desiderans
audi quid sanctus [illegible] dicens
tu / et simplicitas volens in no
centia vite et sanctitatis conversacionis
tue docere debet homines. Mona
chus fugiendo mundum doceat quam
sequendo. Hec Hugo. Et beatus Bernardus
Monachus non habet docentis sed
plangentis officium quippe cum
oppidum carcer esse debet et
solitudo paradysus. Hec Bernardus. Sed
unde quibus devotus monachus
fugiat mundum et ea que mundi
sunt et religiose vivat et quod
foris audit hominibus prelatus in
tus studeat servare coram deo
probare virtutem. Unde hic [illegible]
virtutis [illegible] sic dicens: Monachus
venerabilem se habens in actu
in locutione in [illegible] cogitatione
semper temperat et ea que mundi
sunt ipse desperat et quod audit
humanis oculis habere quam ante dei
oculos moribus prendit. Hec [illegible]
laboret igitur monachus ut
vicijs abstineat et virtutibus
se exerceat / sic humilis mansuetus
caritativus et timoratus dei se
probaverit habeat. Item de monachis
ordinatis et inordinatis. Dicit abbas
pastor sic: qui querulosus est

monachus non est / qui malum
pro malo reddit / monachus non
est / qui malitiam in corde suo te
nuerit monachus non est / qui
iracundus est monachus non
est / qui elatus et superbus est
monachus non est / Qui vero est
monachus mansuetus et semper humilis
caritate plenus / et timore dei
semper et ubique possidens hic ve
re perfectus est. Pastor abbas. De
statu vel monachi et quali
ter debeant esse monachi. Dicit Johannes
abbas in vitas patrum de xxx collationibus
sic: Monachus est qui solum
que dei sunt agit / cogitat et
loquitur Christo vivens in omni
tempore loco et negocio. Monachus
est violentia ire indesinens
et custodia sensuum indeficiens.
Monachus est sufficienter corporis
experimentum os et alimenta [illegible]
Monachus est merens et dolens
animo indesinenter mortis memo
riam se exercens vigilans et dor
miens. Et quis fidelis et sapiens
et prudens monachus qui sub obe
dientia subiectione et labore
et dolore calorem suum custo
diunt inextinguibilem et usque
ad sui [illegible] igne igni et
fervorem fervori / et amore amori
et desiderium desiderio et sollicitudini
sollicitudinem cottidie addere non
cessaverint. Hec Johannes abbas de co
ditione et vita devotorum
monachorum beatus Bernardus sic dicit:
Ille vere est monachus qui devocionem
tenet in choro [illegible] in templo
disciplinam in laborem medita
tionem in lectione / fervorem in oratione
castitatem in temptatione / conso
lationem in adversitate humilitatem
in prosperitate. Hec Bernardus. Et non
tantum professionem monachorum
que non professos [illegible]

est vel alibi scriptum legitur propter
nostram singularitatem sumere negamus
suppleant hoc in nobis humilitate
confessionis devote Compungimur
cottidie in fletibus quidam pec-
catorum ad deum nostrum / et alium
vultus eius accipiamus et confitea-
mur in professionem nostram et defectus nos-
tros agnoscentes promptitudinem
nostram et deus liberabit nos adhuc
faciendum hortatur nos beatus bernardus
sic dicens Virginitatem nostram
professionis non suppleant fructus
ut devote confessionis humilitate Sint
nobis lacrime nostre panes die ac
nocte / quidam dicit anime mee ubi
est deus tuus / hoc est quidam pec-
catorum ad deum suum et alium vul-
tus eius / Unum quidem scit necessarium
sed quia nec in bono signum nec in malo
comprimendo excessum suo ordine
compunctionum venia cum illo de
quo apostolus dicit Et qui non opera-
tur credenti autem in eum qui iustificat
impium reputatur fides eius
ad iustitiam secundum propositum gratie dei
/ Veniam tamen peccatrici illarum
multarum dimissum est quoniam
dilexit multum Nam et indul-
gendo deum retribuendo magna re
Et cum fratres obsecro vos corripe
nos secundum accipiamus et confiteamur
et qui magni nominis umbram
et personale quoddam figmentum
professionis apud homines induimus
apud deum confessionis nostre recognoscente
promptitudinem non tamen quamque avi-
recedamus et veritas liberabit
nos hec bernardus Et quamvis propter
singularitatem nostram ut defectus
non valeamus profiteri ad per-
fectum statum monachorum / tamen
sicut possumus cum adiutorio
dei in bono opere nos exercere
debemus et cursum et statum
nostrum commendamus et sicut suffi-

tiant vires ad exstirpanda vicia
et ad virtutes inserendas laborare
quia ergo ad sanctum ordinem nos deo con-
gaudemus / tota nostra intentio cir-
ca hoc versari debet ut mens nostra vir-
tutum armis accincta in spiritualis
certaminis se semper et viciorum impetus
debellare contendat dehinc et ad
statum religiosorum tangentibus
petrus damianus sic dicit / prelatos
cum videmus unum diu in sacro or-
dine constitutus qui nec diu no-
verunt quid in ieiuniis quid in
vigiliis quid in ecclesiastice
discipline studiis sit profiteri
Et cum septimum dicit Rem in ig-
norant ignorantibus quo pacto
vel adeo cognoscit vel demum re-
vertitur cognoscere quia semetipsum
in eius obsequio invenit igitur
Rem ergo semetipsum in eius ob-
~~sequio~~ vult vincere inspicit sui
unum tempore est notitia non habe-
Rem quis in militie spiritualis
agone processit in hoc probatio e-
sit cum rebellionem contra se vi-
ciorum continuationem sentit / si
surgentes in se motus carnis
facile reprimit / si tumultuantium
cogitationum strepitum mox in
labore compescit / si nascentes
carnalis illecebre flammas in ge-
nu oris reprimit restinxerit / si tim-
cum superbie tumore retorquet
viciorum colla gladio primus dei
timoris obtruncat Ceterum quid
prodest dum quempiam servare in-
iusticie que velut subiecta pom-
tyrum rudimenta vernantis in-
imbris et tenere adhuc puberis
videas claudicare agnus in-
sinuatione negligencie dissolutione
prodiciorum egregius discipulos
suos prohibet dicens remisse
remisse manus et dissoluta ge-
nua erigite et gressus rectos
facite pedibus vestris ne claudi-
catio quis erret / dicta nostra

sancte ad plenum venit ad triphu
corporis interitum Lorica pupen
seiam impugnari Mortuo namque
cum adhuc impossibile est passio
prime murmurum cohibere invidie
faces extinguere, mente mundi
aliorum reverentiam custodire
qui virus malicie ad ipsius offe
dentem nequit expellere, qui p
firmandi consilium inferre fucum
sit in iniuriam sustinere. Verum ad
dicendum est iusti quam quantum
ad professionem quidem iam in fide
militiam nomen dedit, sed quod p
spiritale certamen penitus non
agnovit, ymo ad pressionem tedii
tibus hec tot viribus in nitendi
ut salubriter vigili animus distat
ista mestitie qua vincere, Unde
itaque hii qui se mortuos p fite
esse cum xpo, rebelles motus
carnis et passiones mox ad
huc in se patitur vivere, distent
ergo miles xpi dum adhuc non
est unius operis, distent ange
lus quibus virus per res
debuit obviare huc illuc p
se dividunt virtus experientie
oculis prudens vitat, et singulis
quibusque vicissim mittentem
congrue defensionis tegmen
opponit, ut superbiam humilitate
devincit, gulam sobrietate vesten
git mansuetudine iracundiam
tollet, avaritiam largitate re
frenet ardorem libidinis frore
pectus ignis extinguunt, odii
trabem flamma suavissime ca
ritatis eruerit, delectum erit de
ista carminis qui subtiliter ac p
funde consideravit totum quod
illud est eo bonum in animo
Viventibus angeli ad celestem
tenebrim videntes quod omni in
in eo quod est semetipsum pugnant
ad corpus se operantur unde faciant

exterioribus resistunt. Et sibi voluntas
adversum procul dubio potentia tendit
quam olim sibimet male consenciendo
quam non repugnavit animus. Et
congruentum seras mea si ad votum
mox exterius non vincimus, si inhi
consuetudine clamis crimina
labores angustiis et confusionum
sepe fluctuantis anime tedium
sustinemus. Inde cum nobis di
vina dispensatione perficitur
ne repentinam victoriam in arroga
ciam, per animus extollitur et de
altitudine sua per fundius corruit
si non auctori deo sed victoriae sue
vires ascribat. Unde fratres kari
qui ad sacrum ordinem nos beassi
gaudemus hic totum una intencio
versari debet videlicet ut mens
una virtutum armis armata
in spirituali certamine se semper exer
ceat et viciorum potentiam que circa
nos iniceste nescimunt studio spiri
debellare contendat. Patri simus
semper invenientes vineas et amicos
ut frequentes vestigiis denigro ma
cordis cave, nullumque eis inca
que nos imp sunt permittamus
locum prius dicacionis sive heet
petius dominum audiamus ergo
hunc expressis condicionem et
dyssolutam vitam quorumdam
fratrum nuper quidem religionis
expetunt, sed prius vivencium
audimus et confirmationem sanctam
et ordinacionem devotorum ac
religiosorum monachorum.
Unusquisque ergo in proposito bono
et in statu religioso se esse
deprehenderit in eodem sancto pro
posito ac conversatione bona seu
virtuosa sedeat perficere ac
perseverare, ut cum sanctis
et religiosis monachis premium
et gloriam post hanc vitam valeat
obtinere. Unusquisque non in
dissolutione et inordinatione ac prius

vitii se positum esse conspexit, et mortem mortis et penam gehenne ante mentis oculos reducit, et penam proprie pravitatis actibus agere non obmittat. Quidquid ergo presumendo quam diu se commisisse senserit, hoc totum propria prius superius promissa, videlicet per contritionem, confessionem et satisfactionem delere studeat, puniat iniquam sceptra peccatis contritionem lacrimas fundendo, per oris confessionem [illegible] sustinendo, et per satisfactionem opera virtuosa peragendo et deceto [illegible] ulterius malis cavendo. Cum ita se prius demum suos [illegible] adeo [illegible] de tali penitente dicitur Bernardus Augustinus. Quid est homo penitens, nisi homo ~~nisi homo~~ inter [illegible] et ideo accipiunt demum suo iudicio de se ipso [illegible] penam hec Augustinus. Non solum autem talis penitens peccatorum veniam merebitur et gratiam in presenti, et si perseveraverit gloriam in futuro a Christo domino obtinebit, sed et statum sanctissimum religiosorum monachorum [illegible] malis et perversa opera perditum per timorem penam in se deo cooperante reformabit. Et sic ergo habemus de statu incipientium qui consistit, ut supra dictum est, in penitentia et eius partibus, videlicet confessione, contritione et satisfactione, et quibusdam circumstanciis tangentes easdem prius partes, de quibus omnibus prout deus donavit tractando hanc materiam dei gratiam et auctores sanctorum pro velle meo collegi, ut condicio sive status penitentium sive incipientium aliqualiter istis legentibus patefiat etc. Et sic est finis huius operis, de quo sit laus deo.

Incipit liber de vilitate conditionis humane [editus] in gressu beati Innocentii

Domino et patri karissimo domino digione [illegible] episcopo et sancte ecclesie Ruffine episcopo Lotharius indignus dyaconus gratiam in presenti et gloriam in futuro. Modicum ocii quod inter multas angustias nuper captavi non ex toto reliqui preterire ociosum, sed ad deprimendam superbiam, que caput est omnium viciorum, vilitatem humane conditionis [illegible] descripsi titulum [illegible] operis et nomen auctoris [illegible] et posterius ut si quid nomine [illegible] totum ascribit. Si vero paternitas vestra suggesserit, [illegible] dignitatem vel dulcitudinem humane nature Christo favente describam, ita quod per hoc humilis elatus ut per illud humilis exaltetur.

Quare de vulva matris mee egressus sum ut viderem laborem et dolorem et consumerentur in confusione dies mei. Si talia de se locutus est ille quem deus sanctificavit in utero, qualia loquar ego de me quem mater mea genuit in peccato. Heu me, dixerim, mater mea, quare me genuisti filium amaritudinis et doloris. Quare non in vulva mortuus sum, egressus de vulva non statim perii. Cur exceptus genibus, lactatus uberibus, natus in combustionem et cibus ignis. Utinam in utero consumptus fuissem, ne fuisset michi mater mea sepulchrum et vulva eius conceptus eternus. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Quis det ergo oculis meis fo[ntem]

lacrimarum ut fleam miserabilem
humane conditionis: culpabilem con-
versationis humane progressum, dam-
pnabilem humane dissolu-
tionis egressum. ¶ Consideravi
ergo cum lacrimis de quo factus
est homo, quid faciat homo,
quid facturus sit homo. Sane
formatus est homo de terra, con-
ceptus in culpa, natus ad penam;
agit prava que non licent, tur-
pia que non decent, vana que
non expediunt; fiet cibus ignis,
esca vermis, massa putredinis.
Exponam ut plenius et disseram
plenius: formatus est homo
de pulvere, de luto, de cinere; quodque vi-
lius est, de spurcissimo spermate;
conceptus est in pruritu car-
nis, in fervore libidinis, in fetore lu-
xurie; quodque vilius est, in labe pecca-
ti; natus ad laborem, timorem
et dolorem; quodque vilius est,
ad mortem. ¶ Agit prava quibus
polluit famam, polluit personam,
polluit conscientiam; agit vana quibus
negligit seria, negligit utilia, ne-
gligit necessaria. Et fiet cibus ignis
qui semper ardet et urit inex-
tinguibilis; esca vermis qui semper
rodit et comedit immor-
talis; massa putredinis que semper
fetet et sordet horribilis.

De vilitate materie de qua formatus est homo

Formavit igitur Dominus Deus hominem
de limo terre, que ceteris vili-
or est elementis. Planetas
et stellas fecit ex igne, flatus
et ventos fecit ex aere, pisces et
volucres fecit ex aqua, homines
et iumenta fecit de terra. Conside-
rans igitur aquatica, se vilem in-
veniet; Considerans aerea, se
viliorem agnoscet; Considerans
ignea, se vilissimum reputabit,
nec valebit se parificare celestibus,
nec audebit se preferre terrenis, quia
se iumentis parem invenit et
similem recognoscit. Unus est
enim hominis et iumentorum interitus
et equa utriusque conditio, et nichil
habet homo iumento amplius. De
terra orti sunt et in terram pariter re-
vertentur. Verba sunt ista non cuius-
libet hominis, sed sapientissimi Sa-
lomonis. Quid est ergo homo
nisi lutum et cinis? Hinc clamat
homo dicens ad Deum: Memento que-
so quia sicut lutum feceris me.
Hinc et Deus inquit ad hominem:
Cinis es et in cinerem reverteris.
Comparatus sum luto et con-
assimilatus sum faville et cineri.
Lutum efficitur ex aqua et pulvere
utroque manente; Cinis autem
fit ex ligno et igne utroque de-
ficiente. Expressum misterium.
Quid ergo lutum superbis? quid
pulvis extolleris? unde cinis
gloriaris? An illud forsitan respondebis
quod Adam ipse fuit de limo terre
formatus, tu autem ex humano
semine procreatus? Immo ille fuit factus
de terra sed virgine; tu non procrea-
tus de semine sed immundo. Quis
enim potest facere mundum de inmundo
conceptum semine? Quis est homo
qui immaculatus sit et iustus
appareat natus de muliere? Ecce
enim in iniquitatibus conceptus, non
una tantum iniquitate, non in uno
tantum delicto, sed in multis iniquitatibus
et in multis delictis, in delictis
et iniquitatibus alienis.

De conceptione infantis

Est autem duplex conceptio: una
seminis et altera nature. Prima
fit in commissis, secunda in contractis.
Parentes enim committunt, in se pro-
les contrahit in se. Quis enim
nescit concubitum etiam omnino
nunquam committi sine pruritu car-

ms. sine fetore libidinis sine fetore luxurie. Unde semen conceptum fedatur, maculatur, viciatur, ex quibus tandem anima infusa contrahit labem peccati, maculam culpe, sordem iniquitatis. Sicut enim ex corrupto liquore infusus corrumpitur, sic et pollutum contingens corpus polluitur. Contrahit autem tres sic tres vires dico. Rationalem ut discernat bonum a malo, irascibilem ut respuat malum, concupiscibilem ut appetat bonum. Pro malo obstante tribus oppositis viciis originaliter corrumpitur: vis rationalis ignorancia ut non discernat inter bonum et malum, vis irascibilis iracundia ut respuat bonum, vis concupiscibilis concupiscencia ut appetat malum. Prima gignit delictum, secunda parit peccatum, tercia delictum et peccatum. Est enim delictum non facere faciendum, peccatum est non agere agendum. Hec tria vicia contrahuntur ex carne corrupta per tres carnales affectus [illegible]. Quippe coitu racionis sopitur ut ignoranciam seminet, libidinis motu irritatur ut iracundiam [illegible], voluptatis sentitur affectus ut concupiscencia attrahatur. Hic est tyrannus carnis, hec lex membrorum, fomes peccati, languor nature, pabulum mortis, sine quo nemo nascitur, sine quo nullus moritur, qui si quando tollitur reatu, semper tamen remanet actu. Si igitur dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est. O gravis necessitas et infelix condicio: antequam peccemus peccato [illegible] et antequam delinquimus delicto tenemur. Per unum hominem intravit in mundum peccatum et per peccatum mors in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Patres comederunt uvam acerbam et dentes filiorum obstupescunt.

De quali cibo conceptus nutriatur

Attende quo cibo conceptus nutriatur in utero: sanguine menstruo qui cessat ex femina post conceptum ut ex eo conceptus nutriatur in femina. Qui fertur esse tam detestabilis et immundus ut eius contactu fruges non germinent, arescant arbusta, moriantur herbe, arbores amittant fetus. Si canes inde comederint, in rabiem efferantur. Concepti fetus vicium seminis contrahunt ut leprosi et elephantici ex hac corrupcione nascantur. Unde secundum legem Moysi mulier que menstrua patitur reputatur immunda. Et si quis accesserit ad menstruatam, iubetur interfici. Ac propter immundiciam menstruorum precipitur ut mulier si masculum pareret [illegible], si vero feminam [illegible] diebus a templi cessaret ingressu.

De imbecillitate infantis

Quare ergo dixi [illegible] et fuit hic qui sunt in [illegible] felices illi qui moriuntur antequam nascantur, prius mortem sentientes quam vitam scientes. Nascuntur quidam tam deformes et prodigiosi ut non homines sed portenta ab hominibus videantur, quibus forte melius consultum fuisset si numquam prodissent ad visum, quia monstra monstrantur et ostentantur. Plerique diminuti membris et sensibus corrupti nascuntur, amicorum tristicia, parentum infamia, verecundia propinquorum. Sed quid de quibusdam specialiter, cum generaliter omnes sine scientia, sine verbo, sine virtute nascantur.

flebiles debiles imbecilles parum ab irracionabilibus distantes, ymo in multis minus habentes. Nam illa statim ut orta sunt gradiuntur, nos autem non solum erecti pedibus non incedimus, verum eciam manibus non repetamus.

De dolore partus et eiulatu

Omnes nascimur eiulantes ut nature nostre miseriam exprimamus. Masculus enim recenter natus dicit A, femina vero dicit E. Exclamant E vel A, quotquot nascuntur ab Eva. Quid est ergo Eva nisi heu ha? Unde est ergo enim nisi heu quod est interiectio dolentis doloris exprimens magnitudinem. Hinc enim ante peccatum virgo, post peccatum Eva meruit appellari, ex quo sibi dictum audivit: In dolore paries. Non est dolor sicut dolor parturientis. Unde Rachel pre nimio dolore partus interiit et moriens vocavit filii nomen Benoni, id est filius doloris. Uxor Finees subitaneis doloribus irruentibus peperit filium et periit, et in ipso mortis articulo filium vocavit Ichabod. Si filii doloris merores uxoris Phinees ut intelligeris, tristiciam habet cum parit, cum non peperit mulier iam non meminit pressure quia natus est homo in mundum. Concipit ergo cum immundicia et fetore, parit cum tristicia et dolore, nutrit cum angustia et labore, custodit cum instancia et timore.

De nuditate nascentis

Nudus egreditur, nudus regreditur; pauper accedit, pauper recedit. Nudus, inquit, egressus sum de ventre matris mee, nudus revertar illuc. Nichil intulimus in hunc mundum, haut dubium quia nec auferre quid possumus.

Si quis autem indutus egreditur, attendat quale proferat indumentum. Turpe dictu, turpius auditu, turpissimum visu: fedam pelliculam sanguine circumlitam. Hec est igitur illa maceria de qua cum Thamar pareret inquit: Quare divisa est propter te maceria? Et ob hanc causam vocavit nomen eius Phares.

Quales fructus producit homo

O vilis humane condicionis indignitas, o indigna humane condicionis vilitas. Herbas et arbores investiga. Ille de se producunt flores, frondes et fructus, et tu de te lendes, pediculos, lumbricos. Ille de se fundunt vinum, oleum et balsamum, et tu de te sputum, urinam et stercus. Ille de se spirant suavitatem odoris, et tu de te reddis abhominacionem fetoris. Qualis est arbor, talis est fructus eius. Non potest igitur arbor mala bonos fructus facere. Quid est enim homo nisi quedam arbor eversa, cuius radices sunt crines, truncus est caput cum collo, stipes pectus cum alvo, rami sunt ulne cum tibiis, frondes sunt digiti cum articulis. Hoc est folium quod a vento rapitur et stipula que a sole siccatur.

De brevitate huius vite

In primordio condicionis humane nongentis et amplius annis homines vixisse leguntur. Sed paulatim vita hominis declinante dixit dominus ad Noe: Non permanebit spiritus meus in homine in eternum, quia caro est. Erunt quoque dies eius centum viginti annorum. Quod intelligi potest tam de termino vite quam de spacio penitendi. Cum enim rarissime legantur homines plus vixisse, ex tunc magis magisque vita restringitur humana

dem est appellamus dies. Amodo mors in ipsis semimortui(?). Cum si ante multitudinibus etc. Quia ante prioribus dierum nostrorum sunt. Brevem dies mei velocius transierunt quam a texente tela succiditur. Homo natus de muliere brevi vivens tempore, magnis(?) eodem statu permanet. Pauci nunc ad xl perveniunt, paucissimi ad lx annos perveniunt.

De incommodo senectutis

Si quis autem ad senectutem processerit, statim cor eius affligitur et caput concutitur, languet spiritus et fetet anhelitus, facies rugatur et statura curvatur, caligant oculi et vacillant articuli, nares effluunt et crines defluunt, tremit tactus et deperit actus, dentes putrescunt et aures surdescunt. Senex facile provocatur, cito credit, sed tarde discredit, tenax et cupidus, tristis et querulus, velox ad loquendum et tardus ad audiendum, sed non tardus ad iram; laudat antiquos, spernit modernos, vituperat presens et commendat preteritum, suspirat et anxiatur, torpet et infirmatur. Unde Oracius poeta: Multa senem circumveniunt incommoda etc. Ceterum nec senes contra iuvenes glorientur, nec insolescant iuvenes contra senes, quod enim sumus isti fuerunt, quoque quod hic est erimus.

De labore mortalium

Ad quid ergo nascitur nisi ad laborandum? Et homo nascitur ad laborem. Cuncti dies eius laboribus et erumpnis pleni sunt, nec per noctem requiescit mens eius. Et hoc nonne vanitas? Non quid quisque labore sub tempore. Quia(?) cum est mora motus vero m(?). Vanitas vanitatum, inquit Ecclesiastes, et omnia vanitas. Omnia vana(?). Omnia studia hominum diversa sunt exercita. Unus est enim homo(?), finis et eadem esse(?): labor et afflictio spiritus. Occupatio magna data est omnibus hominibus et iugum grave super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulture in matrem omnium.

De diverso studio sapientum

Pervestigant sapientes et investigant alta celi, latitudinem terre, profunda abyssi; de singulis disputant, de universis pertractant, discunt semper et docent. Et quid tandem reportant ex hac occupatione nisi laborem et dolorem inveniunt et afflictionem spiritus? Noverat hoc experimento qui dixerat: Dedi cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinam, errores atque stultitiam, et cognovi quod esset labor et afflictio spiritus, eo quod in multa sapientia multa sit indignatio, et qui addit scientiam addit et dolorem. Licet enim oporteat et indagatur multa investiganda vigilias et invigilare laboribus et sudoribus, vix tamen est quicquam tam vile, vix tam facile quod ad plenum intelligat homo, comprehendat ad liquidum, nisi illud perfecte scitur quod nichil scitur perfecte, quod quisquis(?) in solutione dubitationis consequatur. Denique corpus quod corrumpitur aggravat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Audiat quid super hoc sentit Salomon: Cuncte res difficiles, non potest eas homo explicare sermone. Est homo qui diebus et noctibus somnum non capit oculis, et nullam quidem potest invenire rationem, et quanto plus laboraverit ad querendum tanto minus inveniet. Defecerunt scrutantes scrutinio; accedet ad cor homo altum et exaltabitur Deus. [illegible]

cui nunquam sufficit. Affirmat ecclesiastes. Qui enim magis intelligit magis dubitat et ille videtur plus sibi sapere qui plus desipit. Pars ergo sciendi est scire quod quid nescitur. Fecerat autem deus hominem rectum et ipse se inseruit infinitis questionibus.

De vario hominum studio

Currunt et discurrunt mortales per sepes et semitas. Ascendunt montes, transcendunt colles, transvolant rupes, pervolant alpes, transgrediuntur cavernas, intrant viscera terre, profunda maris, incerta fluminis, opaca nemoris, invia solitudinis. Exponunt se ventis et ymbribus, tonitruis et fulminibus, fluctibus et procellis, ruinis et precipiciis. Metalla cudunt et conflant, lapides sculpunt et poliunt, ligna succidunt et dolant, telas ordiuntur et texunt, vestes incidunt et consuunt, edificant domos et plantant ortos, excolunt agros et pastinant vineas, succendunt clibanos, extruunt molendina, piscantur, venantur, aucupantur, meditantur et cogitant, consiliantur et ordinant, querulantur et litigant, diripiunt et furantur, et decipiunt et mercantur, contendunt et preliantur, et innumera talia, ut opes congerant, ut questus multiplicent, ut lucra sectentur, ut honores acquirant et dignitates extollant, ut potestates extendant. Et hoc labor et mentis afflictio. Et si mihi non creditur, Salomoni credatur: Magnificavi, inquit, opera mea, edificavi domos et plantavi vineas, feci ortos et pomeria et consevi ea cuncti generis arborum, et extruxi mihi piscinas aquarum ut irrigarem silvam lignorum germinantium. Possedi servos et ancillas et familiam multam habui, armenta quoque et magnos ovium greges ultra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem. Coacervavi mihi argentum et aurum et substantias regum et provinciarum. Feci mihi cantores et cantatrices et delicias filiorum hominum, ciphos et urceos in ministerio ad vina fundenda. Et supergressus sum opibus omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem. Cumque me convertissem ad universa que fecerant manus mee et ad labores quibus frustra sudaveram, vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi et nichil permanere sub sole, quod non sit labor et afflictio spiritus.

De diversis anxietatibus hominum

Quanta mortales angit anxietas, affligit cura, sollicitudo molestat, metus exterret, timor concutit, horror abducit, dolor deicit, contristat tristicia. Pauper et dives, servus et dominus, coniugatus et continens, denique bonos et malos omnes mundanis cruciatibus affliguntur et mundanis afflictionibus cruciantur. Experto crede magistro. Et magnus magister: fuero in vere non est et si mens non hebes capit, sentiens afflictione et miseriam.

De miseria pauperis et divitis

Pauperes enim premuntur inedia, cruciantur erumpna, fame, siti, frigore, nuditate vilescunt et tabescunt, spernuntur et confunduntur. O miserabilis conditio mendicantis. Et si petit, pudore confunditur, et si non petit, egestate consumitur. Sed ut mendicet necessitate compellitur. Deum causatur iniquum quod non recte dividat, proximum calumpniatur malignum quod non plene subveniat. Indignatur, murmurat et imprecatur. Adverte super hoc sententiam sapientis

Melius est mori quam indigere. Secundum proverbium pauper odiosus erit. Omnes dies pauperis mali sunt. Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper et amici procul recesserunt ab eo. Nam Ecce enim fuerit dives multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. Et proh dolor secundum fortunam estimatur persona cum potius secundum personam sit estimanda fortuna. Tam bonus reputatur ut dives, tam malus ut pauper, cum potius tam dives reputandus sit ut bonus, tam pauper ut malus. Dives autem pusillanimiter resolutus et incontinenter effrenatus currit ad libitum et ruit ad illicitum et sunt instrumenta penarum que fuerunt oblectamenta culparum. Labor in acquirendo, timor in retinendo, dolor in amittendo mentem eius semper fatigat, sollicitat et affligit. Ubi est thesaurus tuus ibi est et cor tuum. Secundum plerumque insequentibus.

De miseria dominorum servorum

Servus minis terretur, angariis fatigatur, plagis affligitur, opibus spoliatur. Qui si non habet quaerere compellitur, et si habet cogitur non habere. Culpa domini pena servi. Culpa servi causa domini. Unde dicitur: Quidquid delirant reges plectuntur Achivi. O extrema conditio servitutis. Natura liberos genuit sed fortuna servos constituit. Servus cogitur pati et nemo sinitur compati. Dolere compellitur et nemo condolere permittitur. Servus non suus est ut nemo sit sibi ... qui tristia sentiunt. O miserum est alienum vivere. Dominus autem si crudelis est oportet illum vereri propter nequitiam subiectorum. Si humilis vel amicus est contingit illum contemni propter insolentiam subditorum. Severitas ergo metus affligit et mansuetudinem militis impendit. Nimia crudelitas parit odium et nimia familiaritas parit contemptum. Familiaris cura fatigat et domestica sollicitudo molestat. ... paratum ubique inimicum ut possit malignantium insidias praecavere, oppugnantium impetus propulsare. Hostes externos timet. Sufficit diei malitia sua. Sed dies diei laborem eructat et nox nocti sollicitudinem indicat. Dies quoque laboriosi ducuntur et noctes expenduntur insomnes.

De miseria continentis et coniugati

Ipse ignis non urere potest? Caro non concupiscere? Quia continens impugnatur, incontinens tamen rebellis ille expugnatur. Expectas fortis est in ipsa re. Non omnis mens capit verbum istud sed qui potest capere capiat. Unde cum ipse Deus decreverit pontificalibus indumentis instituisset ut Moyses Aaron et filios eius vestiret, de feminalibus non precepit, sed ut ipsi feminalibus uterentur cum ingrederentur tabernaculum testimonii. Sed et Apostolus inquit: Nolite fraudare invicem nisi forte ex consensu ad tempus ut orationi vacetis, et iterum revertimini in id ipsum, ne temptet vos Sathanas propter incontinentiam. Melius est nubere quam uri. Quam grave continentiam angelus Sathane qui carnaliter stimulat et ignem concupiscentie igne sue suggestionis flatu succendit. Incitamentum apponit, facultatem tribuit et opem ministrat, impugnat et ...

subito fatale compendium. Unde cum david post meridiem deambularet in solario domus regie videns ex adverso bersabee se lavantem erat autem mulier pulchra valde misit et tulit eam et dormivit cum illa. Propterea qui cum uxore est sollicitus que sunt mundi et divisus distrahitur. Cum prima angustiis et variis sollicitudinibus distrahitur ut filios et uxorem famulos et ancillas nutriat querit et sumptus tribulationes quas curans sustinet. Unde uxor contendit habere preciosum ornatum et variam supellectilem ut plures sit sepe cultus uxoris quam census mariti. Alioquin per dies et noctes suspirat et plangit garrit et murmurat. Tria sunt que non sinunt hominem in domo manere fumus et stillicidium et mala uxor. Illa inquit ornata procedit in publicum et ab hominibus honoratur. Ego misera in conventu feminarum sola despicior. Sola vult diligi sola laudari. Alterius amorem sui asserit odium, alterius laudem sui detractionem suspicatur. Amandum est omne quod diligit, odiendum omne quod spernit. Vincere vult sed vinci non valet. Familiari non patitur sed dominari molitur. Omnia vult posse nulla non posse. Si pulchra fuerit facile adamatur. Si feda facile contempnitur. Difficile custoditur quod a multis diligitur et molestum est possidere quod nemo dignatur. Hunc alius forma alius ingenio alius facetiis alius liberalitate sollicitat et aliqua parte capitur quod undique lacessitur. Equus et asinus bos et canis vestes et lectus calix et urceolus prius probantur et postea comparantur. Sponsa vix ostenditur ne prius displiceat quam ducatur. Quodcumque contigerit habenda est necessario sive fetida sive feda sive egra sive fatua sive superba sive iracunda sive quolibet vitio viciosa. Preter solam fornicationem non est uxor a viro dimittenda sed nec dimittens potest aliam ducere nec dimissa alii potest copulari. Nam quicumque dimiserit uxorem nisi ob fornicationem mechatur et si aliam duxerit mechatur. Et si uxor a viro discesserit manere debet innupta aut viro suo reconciliari. Similiter et vir si discesserit ab uxore. Verum nimis est ponderis onus. Nam stultus et impius est qui tenet adulteram et patronus est turpitudinis qui celat crimen uxoris. Quod si dimiserit adulteram absque sua culpa punitur quia illa vivente cogitur continere. Propter quod discipuli christo dixerunt. Si ita est causa hominis cum uxore non expedit nubere. Quis enim nisi equanimis potest sustinere iugiter. Solus suspicionis zelotypie vehementer affligit. Nam licet scriptum est: Erunt duo in carne una, zelus tamen viri duos in una carne non patitur.

De hostibus hominis

Non est impiis gaudere dicit dominus quin per quod peccat homo plectitur et torquetur. Vermis eorum non moritur et ignis eorum non extinguetur. Vidi eos qui operantur iniquitatem et seminant dolores et metunt eos flante deo periisse et spiritu ire eius esse consumptos. Superbia inflat, invidia rodit, avaritia stimulat, ira succendit, angustiat

gula dissoluit luxuria sequitur ne dicam inuenitur homicidium sit et cetera viciorum portenta et que sunt hominum obstinata peccati. Sunt instrumenta puniendi. Unum con corrumpit nichil apostolo attestante qui ait obscuratum est insipiens cor eorum propterea quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum et in inmundiciam ut contumeliis afficiant corpora sua et sicut non probaverunt deum habere in noticia tradidit illos deus in reprobum sensum ut faciant ea que non conveniunt. Et qui que nolunt sine mora persecucionem paciuntur. Alii vero ludibria et verbera experti. Insuper et vinculis et carceres lapidati sunt secti sunt temptati sunt in occisione gladii mortui sunt pro deo. Circuierunt in melotis in pellibus caprinis angustiati afflicti quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes in montibus et in speluncis et in cavernis terre. Periculis fluminum periculis latronum periculis ex genere periculis ex gentibus periculis ex falsis fratribus. In labore et erumpna in vigiliis multis in fame et siti. In frigore et nuditate in ieiuniis multis. Iustus enim abnegat semetipsum crucifigens membra sua cum viciis et concupiscenciis ut sibi mundus crucifixus sit et ipse mundo. Non habemus hic manentem civitatem sed futuram inquit. [illegible] tamquam incarcere clausus tamquam moriturus. Incola inquit ego sum in terra et peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte michi ut refrigerer priusquam abeam et amplius non ero. Heu michi quia incolatus meus prolongatus est etc. Deus infinitus et ego non infinitus. Deus sempiternus et ego non ero. Unus. [illegible]

premiorum suorum sunt instar hoc est unigenitum quod [illegible] filie sue dedit in dotem.

De diversis pugnis contra bella [illegible]

Militia est vita hominis super terram unde non mirum est multiplices hostes undique impedientem premunt ut capiunt perimant ut puniunt demon et hostis mundus et caro. Demon cum viciis homo cum bestiis mundus cum elementis caro cum sensibus. Caro enim concupiscit adversus spiritum etc. Unde non est nobis colluctacio adversus carnem et sanguinem sed adversus principes nequicie in celestibus adversus rectores tenebrarum harum. Adversarius enim vester dyabolus tamquam leo rugiens circuit querens etc. Ascendunt ignes. Nequissimi mors ingreditur per fenestras oculis. [illegible] Consurget gens contra gentem et regnum adversus regnum. Terremotus magni per loca et pestilencie et fames erunt. Quia de celo et tempestates procedunt spiritus et turbines procellas et fluctus aer tempestates et tonitrua. Ignis, grando et fulgura. Excelsi in ira sua spiritus et turbines generabit. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt et in furore suo confirmaverunt tormenta. Ignis grando fames et mors, bestiarum dentes et scorpii et serpentes et rhomphea vindicans [illegible] qui creati sunt ut [illegible]

piscibus maris et volucribus celi et universis animantibus que sunt illi ipsi inspiciunt(?) dentes bestiarum immittam in eos

De corpore autem et anima

Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Certe non vult educi de carcere qui non vult exire de corpore, nam carcer anime corpus est, de quo dicit propheta: Educ de carcere animam meam. Nusquam quies et tranquillitas, ubique timor et tremor, ubique labor et dolor. Caro tamen dolebit et anima super semetipsam lugebit.

De miseria bonorum et malorum

Quis unquam vel unicam diem totam duxit in sua delectatione iocundam, quem in aliqua parte reatus dici conscientie vel impetus ire vel motus concupiscentie non turbavit? Quem livor invidie vel ardor avaricie vel tumor superbie non vexavit? Quem aliqua iactura vel offensa vel passio non commovit? Quem denique visus vel auditus vel actus aliquis non molestavit? Audi super hoc sententiam sapientis: A mane usque ad vesperam immutabitur tempus. Cogitationes vane subsequuntur et mens cogitationibus indulget. Tenent tympanum et cytharam et gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt.

De brevi leticia hominis

Semper enim mundane letitie tristicia repentina succedit, et quod incepit in gaudio desinit in merore. Mundana quippe felicitas multis amaritudinibus est respersa. Noverat hoc ille qui dixerat: Risus dolore miscebitur et extrema gaudii luctus occupat. Experti sunt et filii Iob. Nam cum comederent et vinum biberent in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens venit a regione deserti et concussit quatuor angulos domus, que corruens universos oppressit. Merito pater inchoabat: Versa est in luctum cythara mea et organum meum in vocem flentium. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii. In die bonorum ne immemor sis malorum. Memorare novissima et in eternum non peccabis.

De vicinitate mortis

Semper ultimus dies primus est et semper primus dies ultimus reputatur, cum tamen ita semper vivendum est tanquam moriturus semper existat. Scriptum est enim: Memor esto quoniam mors non tardat. Tempus preterit et mors appropinquat. Mille anni ante oculos morientis tanquam dies hesterna que preteriit, cum mors appropinquat. Semper enim futura nascuntur et semper presentia moriuntur. Et quicquid est preteritum totum mortuum est. Morimur ergo dum vivimus et tunc desinimus mori cum desinimus vivere. Melius est ergo mori vite quam vivere morti, quia nichil est vita mortalis nisi mors vivens. Salomon: laudavi magis mortuos quam viventes et utroque feliciorem cogitavi qui necdum natus est. Vita fugit velociter et retineri non potest. Mors autem instanter occurrit et impediri non valet. Hoc est illud quod mirabile est, quod quanto plus crescit tanto magis decrescit, quia quanto plus vita procedit tanto magis ad finem accedit.

De terrore sompniorum

Tempus quod quieti concessum est non conceditur esse quietum. Nam terrent sompnia

visiones conturbant. Augetur enim quandoque eius sompniorum occasione visiones sompniorum in sompniis et fantasmatum. Et licet non sint in veritate vera ut Babilonii sed visa que sompniant sompniantes, tamen in veritate terrent et fatigant, ita ut velut dormientes velut lugentes et vigilantes sepissime inveniuntur. Et non iocundum quid viderint in sompnis vigilantes et tantum tamen illud innuerit ante. Quod super hoc dicit Eliphaz Themanites: In horrore visionis nocturne, quando solet sopor occupare homines, pavor tenuit me et tremor, et omnia ossa mea perterrita sunt, et cum spiritus me presente transiret, inhorruerunt pili carnis mee. Conqueritur Iob dicens: Si dixero consolabitur me lectus meus et relevabor loquens mecum in strato meo, terrebis me per sompnia et per visiones horrore concuties. Nabuchodonosor sompnium vidit quod eum valde perterruit, et visiones capitis eius conturbaverunt eum. Unde alibi sapiens: Sompnia et ubi multa sunt sompnia plurime vanitates. Multos enim errare fecerunt sompnia, et exciderunt sperantes in illis. Apparent etiam frequenter in sompniis turpes ymagines, ex quibus pollutiones nocturne non solum caro polluitur sed et anima maculatur. Unde dominus in Levitico: Si fuerit inter vos homo qui pollutus sit sompnio nocturno, egredietur extra castra et non revertetur prius quam ad vesperam lavetur aqua, et post solis occasum regrediatur ad castra.

De compassione hominis

Quanto dolore pro contubernio, quanto dolore conterimur cum amicorum dampna sentimus, cum pericula, pericula formidamus. Plus interdum sentimus formidine quam infirmus egritudine periculum. Plus sentit dolentium affectu doloris quam ipse minime affectu languoris affligitur. Verum est enim illud apostoli: Quis infirmatur et ego non infirmor? Sollicitum plenum timoris amoris. Cuius pectus tam ferreum, cuius cor tam lapideum, ut lacrimas non exprimat, gemitus non effundat, cum proximum vel amici morbum vel interitum intuetur, ut patienti non compatiatur et dolenti non condoleat. Ipse Ihesus cum vidisset Mariam et qui cum ea venerant ad monumentum plorantes, infremuit spiritu et turbavit se ipsum et lacrimatus est, eo quod mortuum ad vitam miseriam revocabat. Deflet pie (?) ...ant... divini et divina culpabilem qui corpoream amici sui mortem deplorat et spiritualem sue mortem non deflet.

De innumeris speciebus egritudinum

Numquid nescis tot egritudines, quot species passionum philosophicalis industria potuit indagare, sed humana fragilitas potuit tollerare. Tollerabiles diximus morbos intollerantiam ... intollerabilem ... intollerantiam ... Nam intollerabilem ipse passionis ... et tollerabilem ... ipse ... dedit medicine magis ac magis humana natura corrumpitur ... que olim experimenta salubria, que ipse dedit, hodie sunt mortifera ... ut macrocosmus et microcosmus, et quando plurimum senectus producitur, tanto detrimentum ... turbatur.

De subitis et fortuitis

Subito cum non speratur interitus accidit, calamitas ingruit, morbus invadit, mors interripit quam nullus evadit. Ergo ne glorieris in crastinum, ignorans etenim quid superventura pariat dies. Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aves comprehenduntur laqueo, sic capiuntur homines in tempore malo cum eis extemplo supervenerit.

De diversis generibus tormentorum

Quid dicam de miseris quos pro diversa qualitate tormentores puniunt? Cedunt fustibus et gladiis iugulant, cremant flammis et lapidibus obruunt, ~~ungulis~~ discerpunt ungulis et patibulis suspendunt, torquent ungulis et scorpionibus flagellant, catenis vinculis suggillant, laqueis detrudunt, carceribus et ieiuniis macerant, precipitant et strangulant et excoriant et distrahunt, secant et suffodiunt. Qui ad mortem ad mortem, et qui ad gladium ad gladium, et qui ad famem ad famem, et qui ad captivitatem ad captivitatem. Crudele iudicium, immane supplicium, et spectaculum dant in escam volatilibus celi, bestiis terre, piscibus maris. Heu heu misere matres que tam infelices filios genuistis.

De quodam horribili facinore

dixi tu tam singulariter dilecta fu-
isti. Scio quippe quia te fervente[r]
dilexit. Sic enim de te confessus mens
primus plenius scripsit et legendum vi-
ris ceteris in posterum reliquit.
Diligebat inquit ihesus martham
et sororem eius mariam. O insignem
aut dilectionis eximie in sex [illegible]
hore peccata multa. Et peccata dimi-
sit et deinceps non obstante phari-
sei simonis suspecto iudicio te
peccatricem iudicantis familiariter habuit
primumque post resurrectionem que predicaris
tenebit familiariter et conduxit.
Quid mirum igitur si de tanto
amico lamentabiliter ante publi-
ca ex cordis intimis dolentem
parem in sermonibus non habens
huius verbis communico dolore tu
gemitu plures quasi recentes
et acute sagitte magdalene
penetrarunt et novum ad hunc volnus
amorem attentus amplificant
amplificantes per dolorosius reno
vant. Sed et magdalena ut olim
flante austro rigeretur in lamen
tis replicat. Et pene exanimata re-
ticens verbis huiusmodi lamentat.
O mors o truculenta mors uti-
nam fuisset mortua. O crudelis
et dura. Quomodo in mundo placuit
tibi tollere solem meum et tene
bris damnare diem. Heu mihi
nunc quia compertum esse fuit
nubem intenebrare et dulcem in ama-
re. Ah quam tollere dispositum
tu me sororem non tulisti. Heu
me miseram et infelicem. Mi ut
tu me solitam reliquisti longe

quippe fecisti illum a me quem possi-
debam. Me derelictam sorsitan(?)
possit. Heu quis me suscipiet
dulcius. Rememorem. Quis exhi-
bet apud symonem. Symon[is]
me suscipiente dixit namque ille
in suspiciens in corde suo dum me pe-
dibus eius provoluta aspiceret.
Hic si esset propheta sciret utique
que et qualis est mulier que tangit
eum quia peccatrix est et vere pecca-
tricem quam. Certum nomine digna-
tus peccando perdiderim et septem
demonum dominus. Sed dicens phari-
seorum caram. Sed primus ille in-
dicens qui venit in hunc mundum
peccatores salvos facere. Uno mihi
verbo contulit omnia esse quippe
qui solo sermone restituerit b-
ona dimissi inquit sunt tibi pec-
cata. Et ferum. Sunt quae sunt fac-
et sic dimicta dimicta quia ma-
iorem dimicit dilexit. Tunc abso-
luta peccata dimissa. Et sic que
prius eram fuligine sordidior
inveneram nunc candidior
cumbebam. Non itaque symoni
lepro vitiorum dicitur quod peccatrix
est sed potius dicto quod peccatrix
fuit. Si enim non est dimissa
cum multa peccata multa quia mu-
lierem multum. Sed ad credo-
ribus o consule eam. Quis nunc
in me confert medicus ho-
diernus ut pacificet amicus ha-
bere me nusquam quid faciam
ubi dilectum querem. Si ad ori-
entem non apparet. Si ad occidentem
non intelligam. Si ad sinistram
quid agam. Non apprehendam
eum. Si in me. Dexteram non adorem
non videbo illum. Attendite
omnes populi et consideretis
videte dolorem meum et plo-
rate mecum quia expertum
modum. Oculi et non dicit: sto

t demum spiritus, id est compunctionis clamans
rotifero et non vidit heu michi
soror [...] dicens [...]
[c]ustodio magister adest et vocat
te non iam amicabiliter nobis. Ecce
[i]acuit ut solitum erat amicum
[tu]um ad diem festum ascendere non
[v]ales. Heu soror dulcissima. De
cetero tibi ministrare sis sollicita
quoniam michi est cure ut parem
amplius urgeam. Heu quis me
contemplacionem dulcitem apud te
soror dulcem ulterius excepit
[...]iens. Maria optimam partem ele-
git que non auferetur ab ea. Heu
[...]us mei desiderabilis quis michi
[...]t te ubi stetit que michi [...]
[...]fendam cor meum elegit non
[e]st qui me deungeret. Effusione
[...]discipulorum detecto defendit
[a] murmure dicens Omitte illam
quid molesti persone operacione
[...]fer. Quis michi unxisse et dese-
[...]te amplius compaciens con[...]
[...]bit. Et quo deinceps fuer[...]
[...]ens si mortuus sine suscitabitur
[...]ortuo olim eo et venit ihesus
[...]mo audito nuncio alii [...]
[...]stellum decidere et ad pedes
[e]ius currens mortem fratris
[...]um lacrimis intimaverit [...]
[...] cum eo ubis de fratris [...]
[...]lerit Ex [...] evangelium
[...]o dominum turbatum. Ihesus non
[...]rem in semetipso non [...]
[...] [...] usque volvens
[...]ffusione [...] non dominum
[u]bi sepultus iacet requiri-
[tur] dominum lapis tollitur non [...]
[...] cadaver non [...]
[...] membris et pedibus non
[...] [...] [...]
[...] admiratur [...]
[...] [...] silencio
[a]d pedes magistri [...] ubi soror
[...] [...] querulose [...]

cum lacrimis replicavit domine in-
quiens si fuisses hic frater meus
non fuisset mortuus. Sed me
ad pedes eius flentem, id est ipse
quidem lacrimis [...] [...]
in mensa [...] amoris magistri
que [...] [...] me [...] eius
[...] dubitat lacrimis meis
[...] adiciente lacrimas [...]
et quia me non simulare [...]
[...] Johannes inquit [...]
ut vidit mariam plorantem
lacrimatus est. [...]
[...] [...] dilectionis [...]
[...] [...] lacrima-
tus est ihesus [...] qui [...] angelorum
gaudium [...] quondam [...]
[...] [...] lacrimant
[...] [...] [...]
conturbatur. Ipse qui [...]
tus in [...] permanet [...]
[...] [...]
ut [...] cum mea sorore [...]
loquimur [...] lacrimos singul-
tibus vox illa dulcissima [...]
[...] [...] se co-
hibere potuit ut [...] valet
ubi deficientis [...]
ubi inquit posuistis eum [...]
vide ubi iaces [...]
[...] tot demonum potesta-
tibus subiectas non est tutum
cum serpentibus [...] et cum
scorpionibus [...] est [...]
[...] te [...] ego [...]
[...] lacrimis [...] nos [...]
[...] [...]
bis [...] ingenti [...]
[...] dicunt [...] qui non
[...] venerunt videre [...] et
vide [...]
flens in semetipso fremuit fre-
mens ad monumentum [...]
[...] fetentem quem soror [...]
horrebat non horruit [...]

lapide tollitur vocatur mortuus
prodit ligatus absolvitur. Fratris dum
existimabilis dilecto caritur. Domine
si dignatus humanitatis plenus es
in servum curavit aurifice. Iste non
ad mortuum et fetentem in tumulo
non dedignatus est accedere et quem
proximi iam quatriduanum absque
nunciabant. Aspice non respuit
appropinquare. Quid hec omnino ob-
secro faciebat in illo nisi dilectionis
ineffabilis magnitudo. Plorans igitur
plorabo donec deficiant in me
lacrime quia sola relicta sum sine
consolante. Omnia loca in quibus
cum illo conversata sum dum confido
in ingentem luctum converto. Et quia
cum illo vivente conversata eram
ipso absente maerorem michi in
memoriam omnia convertunt. Quid
aspicio mors michi est. Atque
est michi pena supplicium et pena
domus mea infelicitatis. Circumspicio
undique si forte veniat et odio sunt
michi omnia que non habent illum
quem diligit anima mea. Invoco
rectos mortales. Utinam iste
mortuus sit que nunquam non
moriturus cor meum dilexit.
O mors crudelissima que omnes
homines rapis cur me adhuc
relinquis, ubi est mors victoria
tua, ubi est mors stimulus tuus,
quo omnes pari passu coniungis
cur michi dolenti pepercisti que
frequenter dolentibus. Venire nunc
parce consuesti. Nullus me fruscte
dilecto consolatur quia venit con-
solari animam meam. Recedite a me
amare flebo. Dolus michi fle-
tus ubi hunc meum dulcescit qui
in deliciis animi mei meo dilecto
successit. Heu me infelix ego mise-
ra orbata dilecti solatio. Estuo suspi-
ro, fleo, turbor, non est requies
nec consolatio pro eo cum quesierim et

[illegible] animam meam impe-
tum patitur. Amo et ubi eum pro
non in terris, non in amicis neque
viribus, non in ludis et cantibus, con-
versa est in luctum cythara mea,
organum meum in vocem flentium.
Horrori michi sunt omnia tempo-
ra et quidquid non est ipse il-
lo[?] apud me nil est et odiosum. Pe-
gemitus et lacrimas, iam me ipse
his alienam[?] sentio. Non est requies
ubi ame unde inferatur aut me
invenit me gaudia sanitatum[?] mise-
rie. Descendam igitur lugens
ad eum in infernum si forsitan in-
ibi inveniam consolacionem. Ipso vero
Cum hanc vocem Magdalenam
meditando monumentum tenderet
in morientem. Subito magistri
vocem per nomen ihesus agnoscit
mox illa more solito ad pedes
prosternitur. Vestigia sua cum
totius discipulis mittit. Dum
tamen que eam revertit ex
dicendo iustitia planctus mirabi-
liter convertitur. Post dies xl dum
discipulis videntibus celos
est tempus dolor. Vitam igitur
in Magdalena tenebat quem
de eius super celos exaltacionem
dolebat non de corporis eius
absentacione. Abiit igitur Mag-
dalena ut dilecto magistro suo
appropiam, quo ad usque ad eius
preciosam mortem que super omnia
diligens non subito recideret
post dexteram autem discipu-
lis orbis climata dispergimur
Magdalena solum subiit ibi
seculo honorandi habens et inve-
stibilis rupis desertum. Peregit vi-
xxx annis in genere hominum
mansit ut tantum liberius de
suo dilecti amore cogitaret quod
illi mundus nullo forte perstrepe-
ret, passus est illi dilectus de
solatio cum cor et attraxerunt

spreto mundo hinc septem horis ca-
nonicis ingredituri denuo devotio
honorabitur obsequio et intendebit
alloquio, et absque septies in die
ad laudes domini decantandas in ae-
ternum laudabitur. Tandem feliciter
consummati cum illis quem in
vita tota devotione dilexit
amen. Et sic est finis istius sermonis.

Incipit prologus beati Bernhardi super
Missus est angelus Gabriel a deo.

Scribere me aliquid devotio iubet
et occupatio prohibet. Verumtamen
quia impediente corporis molestia
fratrum ad praesens non valeo sequi con-
ventum, id ipsum tantillum otii
quod vel de somno subtrahendo
in noctibus intercipere sinor non
sinam otiosum. Libet ergo temptare
et pulcherrimum aggredi quod saepe
meum pulsavit affectum, loqui videlicet
aliquid in laudibus virginis matris
super illam lectionem evan-
gelicam in qua Lucas recitat do-
minicae annuntiationis continentiam
historiam. Ad quod opus licet
nulla fratrum urgeat necessitas
quorum me profectibus deservire
convenit, tamen quia ex hoc non
impedior quominus eorum
necessitatibus praesto esse valeam,
non arbitror eos debere graviter
ferre si propriae satisfacio devotioni.

Incipit beatus Bernhardus super
Missus est angelus Gabriel a deo.

In illo tempore missus est angelus
Gabriel a deo in civitatem Galileae
cui nomen Nazareth ad virginem
desponsatam viro cui nomen erat
Joseph de domo David et nomen
virginis Maria.

Quid sibi voluit evangelista
tot propria nomina rerum in
hoc loco tam signanter exprimere?
Credo quia noluit nos negligenter
audire quod tam diligenter
studuit enarrare. Nominat pro(prie)
nuntium qui mittitur, dominum a quo
mittitur, virginem ad quam mittitur, spon-
sum quoque virginis, amborum pro-
genies, civitatem et regionem
propriis designat nominibus. Ut quid
hoc? Putas ne aliquid horum super-
vacue positum sit? Nequaquam.
Si enim nec folium de arbore sine
causa nec unus ex passeribus
sine patre caelesti cadit super ter-
ram, putem ego de ore sancti evangelistae
superfluum defluere verbum, praesertim
in sacra historia verbi? Non puto.
Plena quippe sunt omnia supernis
mysteriis ac caelesti singula dul-
cedine redundantia, si tamen di-
ligentem habeant inspectorem qui
noverit sugere mel de petra oleum-
que de saxo durissimo. Nempe
in illa die stillaverunt montes
dulcedinem et colles fluxerunt
lac et mel, quando rorantibus
caelis desuper et nubibus pluentibus
iustum aperta est terra laeta et ger-
minavit salvatorem, quando domino
dante benignitatem et terra nostra
reddente fructum suum super illum
montem coagulatum et pinguem
misericordia et veritas obviaverunt sibi,
iustitia et pax osculatae sunt.
Illo quoque in tempore mons iste
inter ceteros montes non modicus,
beatus hic videlicet evangelista,
donum desiderabile nostrae
salutis exordium suo mellifluo
commendavit eloquio, velut
perflante austro atque eliciens
sole radiante iustitiae quaedam
ex eo spiritualia profluxerunt aro-
mata. Et utinam deus nunc e-
mittat verbum suum et liquefaciat
ea nobis, perflet cor nostrum spiritus
eius et fiant nobis intelligibi-
lia verba evangelica, fiant in cor-
dibus nostris intelligibilia. Et de-

sideralibus super aurum et lapidem pre-
ciosum amabilem fieri et dulcem super
mel et favum dat. Itaque missus est
angelus Gabriel a deo. Non arbitror
hunc angelum de minoribus esse
qui quamlibet ex causa crebra solent
ad terras fungi legatione. Quod et ex
eius nomine aperte intelligi datur
quod interpretatum fortitudo dei
dicitur. Et quia non ab alio aliquo
forte excellentiori se ut assolet
spiritu sed ab ipso deo mitti perhibetur.
Propter hoc ergo positum est a deo. Vel
ideo dictum est a deo ne cui vel beato-
rum spirituum deus antequam virgini reve-
lasse putetur suum consilium consilium
excepto dumtaxat archangelo
Gabriele qui utique tante inter
suos inveniri potuit excellentie
ut tali et nomine dignus haberetur
et nuncio. Nec discordat nomen a nuncio.
Dei quippe virtutem Christum quem magis
nunciare decebat quam hunc qui
simili nomine honoratur. Nam quid
est aliud fortitudo quam virtus. Non
vel dedecens aut indecens aut in-
congruum videatur dominum et nuncium
communi censeri vocabulo cum
similis in utroque appellatio non sit
tamen ut utrobique similis causa.
Aliter quippe Christus fortitudo vel
virtus dei dicitur, aliter angelus. Ange-
lus tantum nuncupative, Christus
autem et substantive. Christus dei virtus
et dicitur et est qui forti armato qui
suum atrium in pace custodire sole-
bat fortior superveniens ipsum suo
brachio debellavit et sic ei vasa
captivitatis potenter eripuit.
Angelus vero fortitudo dei appella-
tus est vel quia huiuscemodi meruit
prerogativam officii qua eius-
dem nunciaret virtutis adventum
vel quia virginem natura pavi-
dam simplicem verecundam de
miraculi novitate non expavescere
sed confortare debebat quod et fecit.

Ne timeas inquiens Maria in-
venisti gratiam apud deum. ~~Et~~ Sponsum
sponsum eius virum utique humilem
humilem ac timoratum non incredi-
bilis forsitan idem ~~ipsius~~ angelus
confortasse creditur, etsi tunc
ab evangelista non nominetur. Io-
seph inquit fili David ne timeas
accipere Mariam coniugem tuam.
Convenienter itaque Gabriel ad
opus eligitur, immo quia ille tale
negocium iniungitur, recte tali no-
mine designatur. Missus est ergo Gabri-
el a deo. Quo? In civitatem Galilee
cui nomen Nazareth. Videamus
si ut ait Nathanael a Nazareth
potest aliquid boni esse. Nazareth
interpretatur flos. Videtur autem mihi
quoddam semen fuisse divine cog-
nitionis tamquam de celo iactatum in
terras, eloquia et promissiones
facte celitus ad patres scilicet Abra-
ham, Ysaac et Iacob. De quo semine
scriptum est: Nisi dominus Sabaoth
reliquisset nobis semen, sicut
Sodoma fuissemus et sicut Gomor-
ra similes fuissemus. Floruit
autem hoc semen in mirabilibus
que ostensa sunt in exitu Israel
de Egypto, in figuris et enigma-
tibus per totum iter in deserto usque
in terram promissionis et deinceps
in visionibus et vaticiniis prophetarum,
in ordinatione quoque regni et
sacerdotii usque ad Christum. Christus autem
huius seminis et horum florum non
immerito fructus esse intelligitur
dicente David: Dominus dabit beni-
gnitatem et terra nostra dabit fructum
suum. Et iterum: De fructu ventris
tui ponam super sedem tuam. In Na-
zareth ergo nunciatur Christus nasci-
turus, quia in flore speratur fructus
processurus. ~~Et~~ Sed prodeunte fructu
flos decidit, quia veritate apparente
in carne figura pertransiit. Unde
et Nazareth civitas Galilee

ire id est turificationis quam instete
illa omnia extiterunt que supernis
quem ut dicit apostolus in figura
contingebant illis. Hos ergo flores
nos qui iam fructum tenemus pro-
cessisse videmus qui dum adhuc
flore videbantur extiterunt. Unde
David mane sicut
herba transeat, mane floreat et
transeat, vespere decidat, induret
et arescat. Vespere et cum id est quando
veniret plenitudo temporis in quo
misit Deus unigenitum suum natum
ex muliere factum sub lege. Dicente
Ecce nova facio omnia, vetera
transierunt et disparuerunt. Quomodo in
continenti succrescentes fructus
flores decidunt et arescunt. Un-
de scriptum est: fenum aruit et
flos decidit, verbum autem domini ma-
net in eternum. Credo non ambigis
quod verbum fructus sit, verbum autem
Christus est. Bonus autem fructus
Christus qui manet in eternum. Sed
ubi est fenum quod aruit, ubi flos
qui decidit? Propheta respondeat: Omnis
caro fenum et omnis gloria eius tamquam
flos feni. Si omnis caro fenum, ergo
carnalis ille populus iudeorum
fenum. Annon fenum aruit dum idem
populus ab omni spiritus pinguedine
vacuus sicce littere adhesit. An
non etiam flos decidit quando gloria
quam habebant in lege remansit?
Si flos non decidit ubi ergo regnum
sacerdotium, ubi prophete, ubi templum
ubi magnalia illa de quibus glo-
riari solebant et dicere: Quanta au-
divimus et cognovimus ea et patres
nostri narraverunt nobis. Et item:
quanta mandavit patribus nostris
nota facere ea filiis suis. Ecce hec
dicta sint pro eo quod dictum est in ci-
vitatem Galilee cui nomen Nazareth. In istam
civitatem missus est angelus
Gabriel a deo ad quam? ad virginem
desponsatam viro cui nomen erat
Joseph. Et que est hec virgo
tam venerabilis ut salutetur

ab angelo tam humilis ut desponsa-
ta sit fabro. Pulchra permixtio vir-
ginitatis et humilitatis. Nec mediocri-
ter placet deo anima illa in qua et
humilitas commendat virginitatem
et virginitas exornat humilitatem.
Sed quanta putas veneratione digna
est in qua humilitatem exaltat fe-
cunditas, partus consecrat virginitatem.
Audis virginem, audis humilem. Si
non potes virginitatem humilis imi-
tari, humilitatem virginis. Laudabi-
lis virtus virginitas, sed magis hu-
militas necessaria. Illa consulitur, ista precipitur.
Ad illam invitaris, ad istam cogeris.
De illa dicitur: qui potest capere capiat. De
ista dicitur: nisi quis efficiatur sicut parvu-
lus iste non intrabit in regnum ce-
lorum. Illa ergo remuneratur, ista
exigitur. Potes denique sine virginitate
salvari, sine humilitate non potes.
Potest inquam placere humilitas
que virginitatem deplorat amis-
sam. Sine humilitate autem deo nec
Marie virginitas placuisset. Super
quem inquit requiescet spiritus
meus nisi super quietum et hum-
ilem. Super humilem dixit, non super
virginem. Si igitur Maria humilis
non esset, spiritus sanctus super eam
non requievisset. Si super eam non
requievisset, non eam impregnasset.
Quomodo enim de ipso sine ipso conciperet?
Patet itaque quia ut de spiritu sancto
conciperet, sicut ipsa perhibet, respexit
deus humilitatem ancille sue potius
quam virginitatem. Et si placuit
ex virginitate, tamen ex humilitate
concepit. Unde constat quia etiam
ut placeret virginitas, humilitas
procul dubio fecit. Quid dicis virgo
superba? Maria virginitatis oblita
gloriatur de humilitate, et tu neglecta
humilitate blandiris de vir-
ginitate. Respexit inquit deus
humilitatem ancille sue. Que est illa?
Virgo sancta, virgo sobria, virgo
devota. Numquid tu castior ista? Numquid
tu devotior? Aut numquid tua forte
pudicitia gratior castitate Ma-
rie, ut tu sine humilitate

placuit sufficiens extitit: quid illi non po-
tuit conspici. Denique quanto honorabi-
lior es ex singulari munere casti-
monie, tanto tibi tu maiorem in-
iuriam facis, cum eius in te decorem
fedas permixtione superbie. Alioquin
expedit tibi virginitatem non esse
quam de virginitate intumescere. Non
omnium quidem est virginitas, sed multo
paucorum est cum virginitate
humilitas. Si ergo virginitatem in
Maria non potes nisi mirari, stude
humilitatem imitari, et sufficit tibi.
Quod si et virgo et humilis es, quis-
quis es, magnus es. Et est in
magnus aliquid quod miraris in
Maria, scilicet cum virginitate fecun-
ditas. A seculo enim non est auditum
ut aliqua simul et mater esset
et virgo. Quod si et cuius mater atten-
das, quo te tua super eius mirabili
celsitudine ducet admiratio? Non-
ne ad hoc ut te videas non satis
posse mirari? Nonne tuo, immo
veritatis iudicio, illa que Deum
habuit filium super omnes celi cho-
ros exaltabitur angelorum? Nonne
Deum et Dominum angelorum
Maria suum audacter appellat
dicens: Fili, quid fecisti nobis
sic? Quis hoc audeat angelorum?
Sufficit eis et pro magno habent
quod cum sint spiritus ex conditione, ex
gratia facti et vocati sunt angeli,
testante David: Qui facit angelos
angelos suos spiritus. Maria vero non
matrem se agnoscens, maiestatem
illam, cui illi cum reverentia serviunt,
cum fiducia suum nuncupat filium,
nec dedignatur nuncupari Deus
quod esse dignatus est. Nam ~~post~~
paulo post subdit Evangelista: Et erat,
inquiens, subditus illis. Quis?
quibus? Deus hominibus. Deus,
inquam, cui angeli subditi sunt,
cui principatus et potestates obe-
diunt, subditus erat Marie,
nec tantum Marie, sed et Ioseph
propter Mariam. Mirare ergo utrumlibet
et elige quid amplius mireris,

sive Filii benignissimam dignationem,
sive Matris excellentissimam dignitatem.
Utrimque stupor, utrimque miraculum.
Et quod Deus femine obtemperet, humilitas
absque exemplo; et quod Deo femina prin-
cipetur, sublimitas sine socio. In
laudibus virginum singulariter canitur
quod sequuntur Agnum quocumque ierit. Qui-
bus ergo laudibus iudicas dignam
que ipsum etiam preit?
Disce, homo, obedire; disce,
terra, subdi; disce, pulvis, obtemperare.
De auctore tuo loquens Evangelista
Et erat, inquit, subditus illis; haud
dubium quin Marie et Ioseph. Eru-
besce, superbe cinis: Deus se humiliat,
et tu te exaltas? Deus se hominibus
subdit, et tu dominari gestiens ho-
minibus, tuo te preponis auctori? Uti-
nam mihi aliquando tale aliquid
cogitanti Deus respondere dignetur
quod et suo increpando respondit Apostolo:
Vade post me, inquit, Sathana,
quia non sapis ea que Dei sunt.
Quotiens enim hominibus preesse de-
sidero, totiens Deum meum preire con-
tendo; et tunc vere non sapio ea que
Dei sunt. De ipso namque est dictum: Et erat subditus illis.
Si hominis, o homo, imitari dedigna-
ris exemplum, certe non erit tibi
indignum sequi auctorem tuum.
Si non potes forsitan sequi eum
quocumque ierit, dignare vel sequi
quo pro te condescendit. Hoc est, si
non potes sublime ascendere se-
mitam virginitatis, sequere saltem
Deum tutissima via humilitatis,
a cuius rectitudine si qui etiam
declinaverint de virginibus, ut
verum fatear, nec ipsi sequuntur
Agnum quocumque ierit. Sequitur
Agnum coinquinatus humilis, sequitur
et virgo superbus; sed neuter quo-
cumque ierit, quia nec ille ascendere potest
ad munditiam Agni, qui sine ma-
cula est, nec iste ad eiusdem Agni
mansuetudinem descendere dig-
natur, qui scilicet non coram

tondente se sed et totum occidente
se obruentem. At tamen sobrietatem
legit secundum potestatem in humilitate
petere quam in virginitate superbus
tum et illius in iudicium suum
humilis satisfactio purget et hic
preiudicium superbie incurrit. Ex
celsis Maria ~~nec~~ tamen nec humilitas
defuit nec virginitas. Et quidem
singularis virginitatis quam non
temeravit sed honoravit fecun-
ditas et nichilominus precellis humi-
litas quam non abstulit sed extulit
fecunda virginitas et inopinabilis
prorsus fecunditas quam virginitas
simul comitatur et humilitas. Quid
horum non mirabile quid non
incomparabile quid non singulare
cumque non si non hesitas in eorum
ponderatione quid tamen iudices
dignius admiratione utrum videlicet
potius stupendum sit fecunditas
in virgine an in matre integritas
an ipsa sublimitas an cum tanta
sublimitate humilitas. Nisi quod
indubitanter horum singulis pre-
ferenda sunt simul cuncta et incom-
parabiliter excellentius est atque
felicius omnia percepisse quam ali-
qua. Et quid mirum si deus qui
mirabilis legitur et est in sanctis
suis mirabiliorem se exhibuit
in matre sua. Veneramini ergo con-
iuges in carne corruptibili car-
nis integritatem. Miramini et
vos sacre virgines in virgine
fecunditatem. Imitamini omnes
homines dei matris humilitatem.
Honorate sancti angeli vestri regis
matrem, qui nostre adoratis
virginis prolem ipsum utique nostrum
pariter ac vestrum regem nostri generis
reparatorem vestre civitatis re-
stauratorem. Cui apud vos
tam sublimi a nobis pie et a vob-
is debita et dignitati debita re-
verentia et dignitatum honor et
gloria in secula seculorum amen.

[illegible] quidem.

Nimirum illud quod solis dabitur
in regno dei cantare virginibus
ipsam virginum reginam cum ceteris
immo prima inter ceteras esse cantatu-
ram nemo qui ambigit puto al-
illam. Preter illud quod soli licet cum
omnibus tamen virginibus et in dei
commune erit dulcedine quodam atque
eleganti carmine letificaturam
esse civitatem dei. Cum vero dul-
ciores desuper vel ex summe modu-
los nec ipsarum quidem virginum ulla
digna inveniretur quia soli merito
decantandum sumebatur que sola
partu et partu divino gloriatur. Gloriatur
autem de partu non in se sed in ipso quem
peperit. Deus siquidem. Deus enim mira-
tricem que eum peperit singularem
in celestibus donaturus singulari
glorie in terris prevenire curavit et
gratia qua videlicet ineffabiliter
et intacta conciperet et pareret
incorrupta. Porro deum hominis
modo decebat nativitas quam
nisi de virgine nasceretur talis
congruebat et virgini partus ut
non pareret nisi deum. Unde factor
hominum ut homo fieret nasciturus
de homine talem sibi ex omnibus
debuit deligere immo condere matrem
qualem et se decere sciebat et sibi
noverat placituram. Voluit itaque
esse virginem de qua immacula-
ta immaculatus prodiret omnium
maculas purgaturus. Voluit
et humilem de qua mitis et humilis
corde prodiret harum in se virtutum
necessarium saluberrimumque cunctis exem-
plum ostensurus. Dedit ergo
virgini partum qui et ante et
virginitatis inspiraverat
votum et humilitatis prerogaverat
meritum. Alioquin quomodo an-
gelus eam in sequentibus gratia

plena. preveniat si quispiam ut
puram boni quod cogitari esset non
habebat. Ut g(ra)t(ia) que sibi forma co
ceptatur erat mentis et quam forma sancta
esset corpore accepit donum virginitatis
ut esset in mente accepit humili
tatis nimia virgo regum genus
ornata virtutum gemmisque nite
bat mentis et corporis decore prefulge
bat. Ac sua et pulchritudine sua
in celestibus cognita. celi civium
in se provocavit aspectus ita regis
animum in sui concupiscentiam
inclinaret et celestem nuncium
ad se de supernis adduceret. Et hoc
est quod nobis hic evangelium innuebat
cum angelum perhibet a deo de
missum ad virginem a deo in
quit ad virginem i. a celo ad humi
lem a deo ad mulierem a creatore
ad creaturam. Nota dignitatem
dei quanta excellentiam virginis.
Currite matres currite filie
currite omnes que post evam et ex eva
et parentum cum vestris. Et p
currite ad ite virginalem thala
mum ingredimini si potestis pudi
cum sororis vestre cubiculum.
Ecce emittit deus ad virginem
ecce affatur angelus mariam
appone aurem parieti ausculta
te quid nunciet et si forte
audiatis unde consolemini. Leve
pater adam. Sed magis o tu eva
mater exulta que sicut parentes
omnium ita omnium fuistis peremptores
et quod infelicius est peremp
tores prius quam parentes. Ambo
inquam consolamini super filia et
tali filia. Illa tamen amplius de qua
malum ortum est prius cuius
obprobrium in omnes pertransiit mu
lieres. Instat namque tempus
quo tollatur obprobrium neque ha
beat quod causetur adversus feminam

vir qui namque dum se imprudenter ex
cusare conaretur crudeliter illam
accusare non cunctatus est dicens
Mulier quam dedisti mihi sociam de
dit michi de ligno et comedi. Propter
ea curre eva ad mariam curre
mater ad filiam filia pro matre respon
deat ipsa matris obprobrium aufe
rat ipsa patri pro matre satisfaci
at. Quia ecce si vir per feminam cecidit
per feminam tamen non erigitur
nisi per feminam. Quid dicebas
o adam mulier quam dedisti
michi sociam dedit michi de ligno
et comedi. Verba malicie sunt
hec quibus magis augeas culpam
quam deleas. Verumptamen
sapientia vincit maliciam cum
occasione venie quam a te inter
rogando deus elicere temp
tavit sed non potuit in the
sauro indeficientis sue pietatis
invenit reddit. Nempe pro
femina feminam prudentem
pro fatua humilem
pro superba que pro ligno mortis
gustum tibi porrigat vite
pro venenoso cibo illo amaritu
dinis dulcedinem pariat eterni
fructus. Muta ergo verbum inique
excusacionis in vocem gratiarum
actionis et dic Domine mulier
quam dedisti michi dedit michi
de ligno vite et comedi et
dulce factum est super mel ori meo
quia in ipso vivificasti me.
Ecce enim ad hoc missus est ange
lus ad virginem. O admirandam
et omni honore dignissimam
virginem. O feminam singulariter
venerandam super omnes feminas
admirabilem. parentum reparatricem
posterorum vivificatricem. Missus
est inquit angelus ad virgi
nem. Virginem carne virginem
mente virginem denique. Pro

describit apostolus mente et corpore sanctis
id est nomine id est fortem inventam
sed a stello etiam altissimo pregnan
tum. et sibi spiritum ab angelis
sanctam a prophetis prefiguratam
oppheticis promissam. Continue septies
et post. hec dico vis ne ut ego
aliquod huic testimonium inseram
ut pateat. loquar de pluribus quam
aliam videtur tibi deus providisse
quam adimpleret aut [illegible] per
nem. inter te et mulierem Et si
adhuc dubitas, quod de muliere dixerit
audi quod sequitur. Ipsa conteret caput
tuum. Cui hec victoria servata est
nisi marie. Ipsa procul dubio caput
contrivit venenatum
que omnimodam maligni suggesti
onem tam de carnis illecebra quam
de mentis superbia deduxit ad nichi
lum. Quam non aliam salomon requi
rebat cum diceret mulierem for
tem quis inveniet. Noverat sapiens hominis sexus infirmitatem
fragile corpus lubricam mentem
quam tamen et deum legerat promisisse et
ita videbat congruere ut qui vicerat
per feminam vinceretur per ipsam vehe
menter ammirans aiebat mulierem
quis fortem inveniet. Quod est
dicere. Si ita. de manu femine pendet
et nostra omnium salus et innocentie
restitutio et de hoste victoria
fortis omnino necesse est ut provideatur
que ad tantum opus possit esse
idonea. Sed mulierem fortem quis in
veniet. hoc est ne quaesisse videretur
desperando prophetando subdit procul et
de ultimis finibus precium eius. hoc est
non vile non parvum non mediocre
non denique de terra sed de celo id est de celo
proximo terre precium fortis huius mulieris
sed a summo celo egressio eius. Quid
deinde rubus ille quondam moysi
... pretendebat flammas quidem
emittens sed non ardens nisi mi
rum. portentum. Quid virgo virga
aaron. florida id est humectata
nisi ipsam concipientem quidem
virum non cognoscentem huius
magni miraculi magnus mysterium

ysaias edisserat dicens egredietur
virga de radice yesse et flos de
radice eius ascendet / virgam vir
ginem florem virginis partum in
telligens. Quod si tibi quod ante in
flore christus intelligi dicitur superior
vide. Adhuc in sede quia non virge
flore sed floris fructus designatur
dicebatur nomine in eandem aliud
meum virginis. que non solum flo
ruit sed et frondent et fructum
emisit non solum flore vel fructum
sed ipsis etiam frondibus eandem
significari. nomine et apud moy
sen id est fructu virge id est flore sed ipsam
virgam designavit. illa utique virga
quam secante aqua dividitur ut
sitiens vel depetita. exeuntium bi
bentiumque / nullum tamen inconveniens
est diversis eventibus expressam significa
ri. et in virga quidem potentiam
in flore non fragrantiam in fruc
tu autem saporis dulcedine in fron
dibus quoque sedulitatem eius mitte
protectionem. quam videlicet peccatores
ad se confugientes sub umbra alarum
suarum protegere non desinit sine ab
estu. temporalium desideriorum su
perare impiorum quin eos amplexa
vimus. Bonum et desiderabilis um
bra. sub alis eius ubi. tutum est fu
gientibus refugium gratum fessis
refrigerium. Miserere mei. domine
ihesu miserere mei / quia in te con
fidit anima mea. et in umbra
alarum tuarum sperabo donec transeat
iniquitas. Quibus hoc tunc ysaie tes
timonio florem filium virginem virgam
intellige quoniam et virga flo
ruit absque germine et virgo ge
nuit absque viri semine / id est vir
ge viriditatem floris lesit eius
sio id est virginis pudorem sacro
partu edito. Perscrutemur et alia
virginum matri de eorum filio congrua
de scripturis testimonia. Quid
illud gedeonis significare vellus
quod utique de carne tonsum sed

sine volubilis cursus in mari. ponitur
et aut quidem luna aut nos circa
rore perfunditur nisi totum assump-
tum. Decuit virginis absque de-
trimento virginitatis. Cum utique
distillantibus celis totum se infun-
deret plenitudo divinitatis adeo ut de ple-
nitudine eius acciperemus qui
non sine ipsa nihil aliud quam terra
arida sumus. Huic quoque gedeoni-
co facto propheticum dictum pulcher-
rime convenire videtur ubi dicitur
descendet sicut pluvia in vellus
[illegible] quod sequitur et sicut stilli-
cidia stillancia super terram idem in-
telligitur. Datur quod perfundenti rore
madidum vellus. Pluvia nempe
voluntaria quam segregavit deus
hereditati sue placide quidem et absque
strepitu operationis humane suo se-
cretissimo illapsu virginalem de-
misit in uterum postmodum non
ubique terrarum diffusus per ora predica-
torum non iam sicut pluvia in
vellus sed sicut stillicidia stillancia
super terram cum quodam utique strepitu
verborum ac sonitu miraculorum.
Siquidem recordate sunt nubes
ille que portabant pluviam pre-
ceptum sibi fuisse cum mitterentur
quod dico vobis in tenebris dicite
in lumine et quod in aure auditis
predicate super tecta. Quod et fecerunt
Et enim in omnem terram exivit sonus
eorum et in fines orbis terre verba
eorum. Audiamus et Jeremiam novum
veteribus vaticinantem et quem
presentem monstrare non poterat
venturum et ardenter desiderabat
et fidenter promittebat. Creavit
inquit dominus novum super terram fe-
mina circumdabit virum. Que est
hec femina. Quis non est hic vir
aut si vir quod a femina circumdetur
aut si a femina circumdatur potest
quod vir. Et ut apertius dicam
quo simul potest et vir esse et in
utero virginis. Hoc est enim a
femina circumdari. Novimus viros

quam scilicet in senectutem prudentiam ad
perfectum. Neque incrementis etatum
[illegible] ad grandiorem usque ad senectutem
pervenerunt [illegible]. Ergo quod adeo
dis est quod a femina circumdatur. [illegible]
Si dixisset femina debet [illegible]
novum miraculum [illegible]
quia nihil tale fuisset sed dixit [illegible]
[illegible] que sit ista novitas [illegible]
deus fecit [illegible] ut femina virum
circumdaret et dominus omnis [illegible]
corporis in [illegible] sese cohiberet [illegible]
[illegible] est hoc [illegible] quod [illegible]
ut ideo dicamus [illegible] ut in [illegible]
[illegible] intuere [illegible]
Ego ideo me ad contemplationem [illegible]
virginalem si forte [illegible] plu-
via ac [illegible] que ibi perfecto [illegible]
[illegible] qui diligenter inquirit [illegible]
[illegible] profunditas [illegible]
[illegible] ibi agnoscitur longitudo [illegible]
[illegible] latitudo angusta altitudo [illegible]
dita profunditas plana ibi [illegible]
lux non lucens verbum infans [illegible]
[illegible] potens [illegible]
[illegible] potentiam [illegible]
[illegible] virtute [illegible]
[illegible] intentam [illegible]
[illegible] inquiete [illegible]
consolantem videns [illegible]
[illegible] letitia [illegible]
salute [illegible] vitam [illegible] forti-
tudinem [illegible] sed quod non
minus [illegible] est [illegible]
[illegible] fortis
[illegible] vires [illegible]
in [illegible] Cum [illegible]
illud quoque non [illegible]
[illegible] non facile est [illegible]
[illegible] agnosce virum circumdatum
[illegible] videre [illegible]
tum adeo [illegible] suo [illegible]
[illegible] non
[illegible] dicitur vir [illegible]
potens in opere et sermone [illegible]
[illegible] in [illegible]
[illegible] blando vel [illegible]
[illegible] portaret [illegible]

igitur erat ihesus vel dominus etsi nutus (?) sed sapiencia non etate animi viget non corporis maturitate sensuum non complementum membrorum neque eum minus habuit sapiens vel potens non minus fuit sapiens ihesus acceptus quam uentris primus quam virginis ... virgo latens in utero, siue vagiens in presepio siue inter studiosissimos inter magistros doctores in templo siue cum perfecte etatis docens in populo eque perfecte plenus fuit spiritu sancto vel fuit homini ingrediente etate sui quam de plenitudine illa quam in sui conceptione accepit in utero vel aliquid minuere vel eadem aliquid addiceret sed a principio perfectus quia quomodo inquit plenus fuit spiritu sancto sapiencie et intellectus spiritu consilii et fortitudinis spiritu sciencie et pietatis et spiritu timoris domini repleverunt (?) monent quod de ipso legis in alio loco ihesus autem proficiebat etate et sapiencia et gracia apud deum et homines / iuxta quod de sapiencia hic et gracia dictum est non secundum quod erat sed secundum quod apparebat intelligendum est non quia ei novum accederet aliquid et novum quod ante non haberet sed quod accedere videretur (red) Tu homo cum proficis non quando vis proficis sed te nesciente tuus profectus moderatur et disponitur et non puer ihesus qui disponit tuam ipse disponebat et suam quando volebat et quibus volebat sapiens apparebat quando et quibus volebat sapientior quando et quibus volebat sapientissimus cum in se nichil esset nisi sapientissimum (red) Similiter et gracia et cum semper omni gracia plenus fuisset siue quam apud deum siue quam apud homines esse debet pro suo tamen arbitrio eam nunc plus nunc minus ostendebat prout conveniens vel merita congruebat vel saluti expedire sciebat (red) Constat ergo quia semper ihesus virilem animum habuit et si semper in corpore vir non apparuit (red) Cum denique dubito

virum fuisse in utero, quem in ibidem fuisse non ambigo deum minus quippe est esse virum quam esse deum (red) Sed videamus si non etiam hec ieremie novitatem ysaias lucidissime aperit qui et nos novos jam flores exposuit (red) Ecce inquit virgo concipiet et pariet filium (red) Habes feminam sed virginem. vis et de viro audire quis sit (red) et vocabitur inquit nomen eius emanuel. i. nobiscum deus femina ergo circumdans virum virgo est concipiens deum. vides quam pulchre et concordia storum (?) miracula sunt et misteria dei sibi invicem conveniunt vides quam stupendum sit hoc novum de virgine et in virgine miraculum ad quod tot miracula pervenerunt tot oracula precesserunt / unus nimirum fuit spiritus prophetarum et licet diversis modis signis et temporibus eandem tamen, diversi non diverso spiritu previderunt et predixerunt (red) Quod moysi monstratum est in rubo et igne aaron in virga et flore gedeoni in vellere et rore hoc aperte previdit salemon in forti muliere et eius precio expressius precinuit ieremias de femina et de viro apertissime prenunciavit ysaias de virgine et deo gabriel tandem exhibuit ipsam virginem salutando (red) Ipsa namque est de qua nunc ait evangelista missus est angelus gabriel ad virginem desponsatam ioseph. ad virginem inquit desponsatam (red) Quare desponsatam (red) Cum esset numinis (?) virgo electa et ut ostensum est virgo conceptura virgo paritura. mirum cur desponsata fuit non nuptura. numquid vel hoc casu factum quis dixerit non est casus sed quod rationabilis causa ... [illegible] causa non valde utilis et necessaria et divino consilio admittenda et digna. dicam quod mihi immo quod ante me patribus visum fuit (red) Ideo utique fuit ... desponsatio marie quia dubitationis thome

Nos siquidem erat mediorum ut
a die desponsationis usque ad diem
nuptiarum sponsus sponse custo-
diende curiosius [illegible] partis cum ipsa
sibi [illegible] curiosius fuit
vent quo perspicacius fideliores existe-
rent. Ergo thome dubitatio pal-
pando constantissimus factus est dante
confessor resurrectionis ita et ioseph
mariam sibi desponsando eius con-
versationem in tempore custodie studi-
osius comprobando factus est pudici-
cie eius fidelissimus testis. Est pulcra
utriusque rei convenientia. Et
dubitatio thome et desponsatio
marie poterant quidem suum
nobis laqueum erroris incutere
fidei nutabilis resurrectionis in illo
[illegible] in suspicionem adducere sed
valde pie et prudenter per eum sem-
ut unde metuebatur suspicio firmi-
or fit certitudo. Nam et de christi resurrec-
tione certius quidem ego qui infir-
mus crediderim thome palpanti
et dubitanti quam cephe audienti
et videnti et de matris continen-
tia sponso eius custodienti
et experienti quam ipsi quoque virgini
defense sue se conscientia defendenti. Dic
queso quis videns eam non despon-
satam et gravidam non potius di-
ceret eam meretricem quam virginem
Non enim decebat hoc dici de matre
domini. Tolerabilius non utique honestius
fuit putari ad tempus christum de co-
niugio sumpsisse initium quam de fornica-
tione. Sed non poterat magis deus
aliquod apertum ostendere signum
quo videlicet sicut ut eius nec ortus
in suspicione nec mater calumniaretur.
Potuit utique sed non potuit latere
demones quod cernebant inter cetera
mundi altitudinem dei celari [illegible]
consilii sacramentum non quod deus
si palam opus suum facere vellet
ab illo impediri posse metueret
Sed quia ipse qui non solum potenter

Sed etiam sapienter quecumque volu-
erit facit in omnibus suis operibus
quamdam rerum vel temporum con-
venientiam servare ordinis pulchri-
tudinis sue conspicuam. Ita in hoc
quoque tam magnifico opere suo vi-
delicet reparationis nostre non tam potentiam
sed prudentiam suam ostendere volu-
it et quamquam illud aliter quo vellet
perficere potuisset placuit ei tamen
eo potius modo et ordine hominem
sibi reconciliare quo noverat ce-
cidisse ut sicut dyabolus prius fe-
minam seduxit et postmodum vi-
rum per feminam vicit ita prius a femina
virgine seduceretur et postea a viro
aperte debellaretur. Quatenus ma-
licie fraudulentiam ars pietatis
illuderet ut malignitatis fortitudinem
virtus christi contereret dyabolo d
et prudentior appareret et fortior
Christi quippe decuit incarnatam
sapientiam spiritualem vincere ma-
liciam quo non solum attinge-
ret a fine usque ad finem fortiter sed d
isponeret omnia suaviter attingit a
fine usque ad finem id est a celo
usque ad infimum. Et ascendero in
quit in celum tu illic es. Et d
escendero ad infernum ades. Verbum
non fortiter qui et de supernis exp
ulit superbum et apud inferos spo
liavit avarum. Convenienter ergo et
ut suaviter quoque omnia tam celestia
et terrena disponeret quatenus
et eiecit deiciens inquietum
reliquos inspirante firmaret.
Sunt debellaturus invidum non
per sese humilitate et mansuetudi-
nis valde necessarium exemplum re-
liquit sicque invisibiliter mi-
rabiliter sapiens ut sine fortiter
et honestius fortis appareret.
Quid enim prodesset dyabolum a
vinci ingenitalibus nobis su-
bis necessario igitur desponsata
est maria ioseph quoniam per hoc
et a canibus sanctum absconditur

et a sponso virginitatis comprobatur. et virginis tum verecundie comparatur prima fuit prudentia. Quid sapientius quid dignius dum prudentia suo tali consilio secretis celestibus admitti testes et excludit hostes. et integram fuit fama virginis matris. Alioquin quando reperisset iustus adulteram. Scriptum est enim Ioseph autem vir eius cum esset iustus et nollet eam traducere voluit occulte dimittere eam. Cum enim esset iustus et nollet eam traducere quia sicut nesciens [illegible] et iustus cognita vera consensisset et indulgentiam iustus non esset sed [illegible] in noxium contempsisset eum quando esset iustus et nollet eam traducere voluit occulte dimittere eam. Accipe et aliter non mea sed [illegible] sententiam [illegible] hic voluit Ioseph dimittere eam [illegible] quod et Petrus dominum a se repellebat dicens Exi a me domine [illegible] quod et centurio a domo sua eum prohibebat cum diceret domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. Sic et Ioseph indignum et peccatorem se reputans dicebat intra se talem et tantam non debere sibi ulterius familiarem [illegible] contubernium suum [illegible] se mirabilem [illegible] expavescebat dignitate videbat et horrebat [illegible] prestantissimam gestantem insigne et [illegible] misterium penetrare non poterat. volebat dimittere eam. Expavit Petrus potentie magnitudinem, expavit centurio presentie maiestatem. exhorruit nimirum et Ioseph sicut homo huius tanti miraculi novitatem misterii profunditatem. Et ideo voluit occulte dimittere eam. Miraris quod Ioseph indignum se esse consortio virginis iudicaret [illegible] cum audieris et tam Elizabeth eius non posse ferre presentiam nisi cum timore [illegible] et reverentia [illegible]

Unde hoc michi ut veniat mater domini mei ad me. Ideo itaque Ioseph voluit dimittere eam. Sed quare occulte et non palam? ne videlicet [illegible] causa inquisita [illegible] exigeretur ratio. Quid enim videret vir iustus populo non credenti et contradicenti? Si enim diceret quod sentiebat quod de illius puritate [illegible] nonne mox increduli et crudeles illi subsannarent illum lapidarent illam? Quando namque crederent veritati tacenti in utero quam postea contempserunt clamantem in templo? Quid facerent nondum apparenti cum postmodum impias manus iniecerunt etiam miraculis coruscanti. Merito quando vir iustus ne aut mentiri aut diffamare cogeretur innoxiam occulte voluit dimittere eam. Sunt [illegible] aliter sentiunt de Ioseph sicut hominem dubitasse contendunt. Sed quia iustus erat noluisse habitare cum ipsa suspectam ut tamen quia pius erat traducere noluisse suspectam et ideo voluit occulte dimittere eam. Breviter videndum est sic etiam dubitationem Ioseph fuisse necessariam que divino meruit certificari oraculo. Sic quippe scriptum est Hec autem eo cogitante scilicet occulte dimittere eam, apparuit ei angelus in sompnis dicens Ioseph fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam. quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. [illegible] rationes desponsata est [illegible] Ioseph. ut [illegible] sicut [illegible] viro cui nomen erat Ioseph. Dum nominant non [illegible] maritus sed quod homo [illegible] erat ut [illegible] secundum illud evangelistam non vir simpliciter sed vir eius dictus est merito appellatur [illegible] putatum debuit quando vir eius appellari [illegible] necesse fuit et putari [illegible]

salvatoris non quidem esse sed dici
meruit ut putaretur. Hoc ex dicen-
te beato ipso ewangelista. Et ipse ihesus
erat incipiens quasi annorum tri-
ginta ut putabatur filius ioseph
Vir dei cuius matris vir filii pater
existeret quantus et qualis ut bene est
et merito dispensatione utrumque
ad tempus et appellatus sit et
putatus. Coniice tu ex hac ap-
pellatione quamlibet dispensatione
meruit honorari ideo ut pater
dei et diceretur et crederetur. Coniice
et ex proprio vocabulo quod augmentum
non dubitas interpretari quis et qualis
homo fuit iste ioseph. Simul et me-
mento magni illius patriarche
que venditum audisti in egipto
et scito quomodo istum non solum vo-
cabulum fuisse sortitum sed et
castimoniam adeptum innocentiam
consequentiam et graciam. Siquidem
est ille ioseph fraterna invidia
venditus et ductus in egiptum
Christi venditionem prefiguravit. Iste
ioseph herodianam invidiam
fugiens Christum in egipto portavit.
Ille domino suo fidem servans domine
noluit commisceri. Iste dominam suam
domini sui matrem agnoscens et
ipse continens fideliter custodivit.
Illi datum est intelligentiam in
misteriis sompniorum. Isti datum est
conscium fieri atque participem ce-
lestium sacramentorum. Ille frumenta
servavit non solum sibi sed et omni
populo. Iste panem vivum e celo servandum
accepit tam sibi quam toti mundo.
Non est dubium quin bonus et fidelis
homo fuit iste scilicet ioseph cui
desponsata est mater salvatoris.
Fidelis inquam servus et prudens quem
constituit dominus sue matris solacium
sue carnis solacium nutritium
solum denique in terris magni con-
silii coadiutorem sibi fidelissimum.
Huc accedit quod legitur fuisse de do-
mo david. Vere enim de domo david

Vere de regia stirpe descendit vir
iste ioseph. nobilis genere mente no-
bilior. Plane filius david non de-
generans a patre suo david. prorsus
inquam filius david non tam carne
quam fide quam sanctitate quam devotione quem
tamquam alterum david dominus invenit
secundum cor suum cui tute committeret
secretissimum atque sacratissimum sui
cordis archanum cui tamquam alteri
david incerta et occulta sapientie
sue manifestavit et dedit illum
non ignarum esse misterii quod nemo
principum huius seculi agnovit
cui denique datum est quod multi
prophete et reges cum vellent videre
non viderunt et audire et non
audierunt non solum videre et
audire sed etiam portare deducere
amplecti deosculari nutrire
et custodire. Non solum autem
ioseph sed et maria descendisse
credenda est de domo david. Ne-
que enim fuisset desponsata viro
de domo david si non esset et ipsa
de domo. Ambo igitur erant de
domo david sed in altero comple-
ta est veritas quam iuravit
dominus david altero tamen conscio et
teste adimpleta promissione. Se-
quitur et nomen virginis ma-
ria. Loquamur pauca et super hoc nomine quod inter-
pretatum stella maris dicitur et
matri virgini valde convenienter
aptatur. Ipsa namque sideri aptis-
sime comparatur quia sicut sine
sui corruptione sidus suum emittit
radium sic absque sui lesione virgo
parturit filium. Nec sideri radius
suam minuit claritatem nec
virgini filius suam integritatem
Ipsa est ergo nobilis illa stella ex
iacob orta cuius radius universum
orbem illuminat cuius splendor et
in supernis prefulget et inferos pe-
netrat terras etiam perlustrans et

calefaciens magis mentes quam cor-
pora, fovet virtutes, excoquit vicia.
Ipsa namque est preclara et eximia
stella super hoc mare magnum et
spaciosum necessario sublevata, micans
meritis, illustrans exemplis. O
quisquis te intelligis in huius se-
culi profluvio magis inter procellas fluc-
tuare quam per terram ambulare, ne
avertas oculos a fulgore huius sideris
si non vis obrui procellis. Si in-
surgant venti temptacionum, si in-
curras scopulos tribulacionum, respi-
ce stellam, voca Mariam. Si iac-
taris superbie undis, si ambicionis,
si detractionis, si emulacionis, respi-
ce stellam, voca Mariam. Si ira-
cundia, si avaricia aut carnis ille-
cebra naviculam concusserit mentis,
respice Mariam. Si criminum in-
manitate turbatus, consciencie feditate
confusus, iudicii horrore perterritus,
baratro incipis absorberi tristicie,
desperacionis abisso, cogita Mariam.
In periculis, in angustiis, in rebus
dubiis Mariam cogita, Mariam
invoca. Non recedat ab ore, non
recedat a corde, et ut impetres
eius oracionis suffragium, ne dese-
ras conversacionis exemplum. Ipsam
sequens non devias, ipsam rogans
non desperas, ipsam cogitans non
erras. Ipsa tenente non corruis,
ipsa protegente non metuis, ipsa
duce non fatigaris, ipsa pro-
picia pervenis, et sic in temetipso
experiris quam merito dictum sit: Et
nomen virginis Maria. Sed iam
modice pausandum est, ne et
